19. 1—2. *ad dedit.*, nach der Unterwerfung müsste Tibur unter günstigen Bedingungen wieder frei gegeben sein, s. 5, 27, 15; vielleicht wurde, worauf auch *alioquin* § 2 hinweist, nur der Friede hergestellt, da Tibur bald darauf ebenso selbständig erscheint als früher. Nach Diod. 16, 45 wird der Friede mit Praeneste geschlossen, welches also auch den Krieg fortgeführt hat, s. c. 12, 8. — *Sassula*, etwas weiter östlich als Empulum, c. 18. — *ceteraque*, sie sind nicht bekannt. — *consulis*, nach den Fasten triumphirt Fabius. — *gens*, c. 9: *populus*. — *alioquin*, übrigens, ungeachtet der deditio und des Triumphes. Der Satz bildet zugleich den Uebergang zum Folg.: *saevitum*. — *aliud*: die übrigen, welche — waren, 4, 41, 8; 2, 17, 6.

3—4. *medio in f.*, gewöhnlich *in med. f.*, vgl. 44, 44, 4. — *Samnites*, s. 4, 44, 12; ib. 52, 6, während die Römer nach Süden, s. c. 28, vordringen, sind die Samniten nördlich und westlich bis an den Liris gelangt und Nachbarn der Römer geworden. Beide Völker schliessen jetzt ein *aequum foedus*, s. 9, 4, 4; 34, 57, 9, in dem gegenseitige freundschaftliche (6, 2, 3: *amicitia*) und gesetzliche Verhältnisse für die Bürger beider Staaten festgesetzt, aber auch die Grenzen für Kriegführung, Eroberung u. a. bestimmt wurden, 8, 1, 8. Ihne 1, 244.

5. *unciario* etc., s. c. 16, 1: obgleich durch die Herabsetzung des Zinsfusses die Zahlung der Interessen erleichtert war, so war doch das Capital so gross, dass die Schuldner es nicht in der ausbedungenen Frist zurückzahlen konnten, und sich so wegen Insolvenz in Schuldknechtschaft (*nexum* von *nexus*, der Act des Nectirens) ab-

Digitized by Google

tur inopes nexumque inibant: eo nec patricios ambo consules neque comitiorum curam publicave studia prae privatis incommodis plebs ad animum admittebat. consulatus uterque apud patricios manet: consules creati C. Sulpicius Peticus quartum M. Valerius Publicola iterum. 6

In bellum Etruscum intentam civitatem, quia Caeritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat, legati Latini ad Volscos convertere, nuntiantes exercitum conscriptum armatumque iam suis finibus inminere; inde populabundos in agrum Romanum venturos esse. censuit igitur 7 senatus neutram neglegendam rem esse, utroque legiones scribi consulesque sortiri provincias iussit. inclinavit deinde pars ma- 8 ior curae in Etruscum bellum, postquam litteris Sulpicii consulis, cui Tarquinii provincia evenerat, cognitum est depopulatum agrum circa Romanas salinas praedaeque partem in Caeritum fines avectam, et haud dubie iuventutem eius populi inter praedatores fuisse. itaque Valerium consulem, Volscis oppositum 9 castraque ad finem Tusculanum habentem, revocatum inde senatus dictatorem dicere iussit. T. Manlium L. filium dixit. is cum 10 sibi magistrum equitum A. Cornelium Cossum dixisset, consulari exercitu contentus ex auctoritate patrum ac populi iussu Caeritibus bellum indixit. Tum primum Caerites, tamquam in verbis 20 hostium vis maior ad bellum significandum quam in suis factis, qui

führen lassen, s. 8, 28, 1: *necti desierunt*; 2, 27, 1; zur Sache 6, 34, 2. — *ambo cons.*, der Umstand, dass alle beide u. s. w. Dagegen sogleich *uterque* jedes für sich, einzeln genommen. — *publicave*, und (oder) überhaupt, s. 6, 12, 8; zur Sache 6, 32, 3.

6. *consules*, dieselben wie c. 18. — *Caeritem*, bis jetzt scheint Caere mit dem so nahen Rom in friedlichem Verhältnisse gestanden und erst bei den glücklichen Unternehmungen der übrigen Etrusker an diese sich angeschlossen zu haben, s. 1, 60, 2; Mommsen 1, 125. Dass sie durch das hospitium publicum, 5, 50, nicht römische Bürger gewesen sind, geht daraus hervor, dass sie als selbständiges Volk auftreten, s. § 10; c. 20, 2; 8; Becker 2, 1, 95. — *Volscos*, die seit 6, 33 sich ruhig verhalten haben, s. c. 27. — *inde pop.* etc., wahrscheinlich forderten sie nur die nach dem Bunde ihnen zu leistende Hülfe, s. c. 12, 7; 3, 4, 11.

8—10. *postquam* etc., erklärend *deinde* nachgestellt. — *Rom. sal.*, wie c. 17, 6. Die eben erzählte Niederlage war vergrössert. — *finem*, s. 4, 58, 1. — *Tusc.*, um Latium zu schützen. — *T. Manlium*, L. hält ihn für den c. 5; 10 erwähnten, obgleich dieser noch nicht Consul gewesen ist, s. 8, 12, 2; Becker 2, 2, 155. — *sibi*, s. 4, 21, 10. — *ex auct. p.*, nach dem Beschlusse des Senates stellt der Dict. den Antrag, s. 1, 32. — *indixit*, c. 12, 6.

20. 1—3. *verbis*, der Kriegserklärung. — *qui*, auf das bei *suis*

Digitized by Google

per populationem Romanos lacessierant, esset, verus belli terror invasit, et, quam non suarum virium ea dimicatio esset,
2 cernebant; paenitebatque populationis, et Tarquinienses execrabantur defectionis auctores; nec arma aut bellum quisquam apparare, sed pro se quisque legatos mitti iubebat ad petendam
3 erroris veniam. legati senatum cum adissent, ab senatu reiecti ad populum deos rogaverunt, quorum sacra bello Gallico accepta rite pocurassent, ut Romanos florentes ea sui misericordia caperet, quae se rebus adfectis quondam populi Romani cepisset;
4 conversique ad delubra Vestae hospitium flaminum Vestaliumque
5 ab se caste ac religiose cultum invocabant: eane meritos crederet quisquam hostes repente sine causa factos? aut, si quid hostiliter fecissent, consilio id magis quam furore lapsos fecisse, ut sua vetera beneficia, locata praesertim apud tam gratos, novis conrumperent maleficiis, florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem, cuius adflicti amicitiam petissent? ne appellarent consilium, quae vis ac necessitas
6 appellanda esset. transeuntis agmine infesto per agrum suum Tarquinienses, cum praeter viam nihil petissent, traxisse quosdam agrestium populationis eius, quae sibi crimini detur, comites.
7 eos seu dedi placeat, dedere se paratos esse, seu supplicio adfici, daturos poenas. Caere, sacrarium populi Romani, deversorium sacerdotum ac receptaculum Romanorum sacrorum, intactum inviolatumque crimine belli hospitio Vestalium cultisque diis da-
8 rent. movit populum non tam causa praesens quam vetus meri-

wieder zu denkende *Caerites* bezogen: sie, die. — *quam non*, 5, 9, 5. — *legatos*, c. 19, 6. — *erroris*, vgl. 3, 12, 8; 6, 23, 11. — *reiecti*, s. 5. 36, 10, weil sonst in dieser Zeit der Senat allein über Frieden u. Bündnisse entscheidet. Hier handelte es sich jedoch darum einen Beschluss des Volkes aufzuheben, was von dem Senat nicht einseitig geschehen konnte, s. 4, 7, 5; Marq. 2, 3, 172. — *rite proc.*, durch ihre Aufnahme den regelmässigen Cultus möglich gemacht hätten wie § 4. — *caperet*, als Object der Bitte wird bisweilen nur eine Handlung selbst statt der Zulassung derselben genannt, s. Caes. B. G. 7, 8, 4; Tac. Ann. 2, 58: sie möchten geben, dass.

4—7. *delubra*, der Tempel der Vesta, das atrium regium u. a. — *hospit.*, 5, 40, 10. — *flam.*, nach 5, 52, 13 könnte es der flamen Martialis und Quirinalis gewesen sein, s. jedoch 5, 40. — *crederet*, weil eine Aufforderung zu Grunde liegt; es möge keiner u. s. w., wie sie im Folg. durch *ne* etc. in anderer Form ausgesprochen ist, s. 3, 72, 4. — *consilio magis q.*, ohne die Frage: *non consilio mag. q.* — *seu—seu*, jedes mit einem besonderen Nachsatze, wenn die Entscheidung über zwei Fälle mit ihren Folgen schwankt, findet sich bisweilen, s. 27, 14, 1; 30, 40, 7. — *dedere*, s. 6, 17, 7. — *datur.*, die Schuldigen. — *darent*, s. 3, 46, 3.

Digitized by Google

tum, ut maleficii quam beneficii potius inmemores essent. itaque pax populo Caeriti data, indutiasque in centum annos factas in senatus consultum referri placuit. in Faliscos eodem noxios 9
crimine vis belli conversa est, sed hostes nusquam inventi. cum populatione peragrati fines essent, ab oppugnatione urbium temperatum; legionibusque Romam reductis relicum anni muris turribusque reficiendis consumptum, et aedis Apollinis dedicata est.

Extremo anno comitia consularia certamen patrum ac ple- 21
bis diremit, tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum Liciniam legem haberentur, dictatore obstinato tollere potius totum e re publica consulatum quam promiscum patribus ac plebi facere. prolatandis igitur comitiis cum dictator magi- 2

8. *quam v. m.*, s. die folg. Stelle aus Strabo. — *movit p.*, das Volk giebt den Bitten Gehör und ermächtigt den Senat zum Abschluss des Friedens, daher *in senatus consultum*, s. § 3, welches dann als Grundlage des Friedens betrachtet wird. — *indutiaeq.*, erklärt und beschränkt *pax*, s. 1, 15, 5. Die Bedingungen hat L. übergangen, s. Dio Cass. frg. 33: Ἀγύλλαιοι (die Caeriten) εἰρήνης ἐπὶτῷ ἡμίσει τῆς χώρας ἔτυχον; vgl. Strabo 5, 2, 3 p. 220: οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι — οὐχ ἱκανῶς ἀπομνημονεῦσαι τὴν χάριν (die von den Caeriten im Gallischen Kriege erwiesene) αὐτοῖς δοκοῦσι. πολιτείαν γὰρ δόντες οὐκ ἀνέγραψαν εἰς τοὺς πολίτας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μὴ μετέχοντας τῆς ἰσονομίας εἰς τὰς δέλτους ἐξωρίζον τὰς Καιρετανῶν (die tabulae Caeritum, in welche auch die Namen des *aerarii*, s. 4, 24, 7, eingetragen wurden). Sie behielten ihr gesondertes Gemeinwesen, s. 28, 45, 15, verloren aber ihre politische Selbständigkeit und mussten als röm. Bürger die Lasten wie die übrigen Römer tragen, waren aber von den Tribus, dem Stimm- und Wahlrechte (*cives sine suffragio*) und somit von allem Einfluss auf die Staatsangelegenheiten ausgeschlossen; Caere ist der erste Staat, der in dieses Verhältniss zu Rom treten muss; vgl. zu 8, 14, 10: *civitas s. s. data* u. Gell. 16, 13, 7: *primos municipes sine suffragii iure Caerites esse factos accepimus*, Mommsen 1, 338; 426; Lange 2, 56; Becker 2, 3, 41.

9. *eodem n. cr.*, c. 16, 2; 4, 15 1; ib. 44, 11. — *populatione*, unter u. s. w., wie im Folg. *seditionibus*; 30, 17, 4: *victoria peragrata Numidia*; 35, 12, 11; *bello* 38, 17, 3; *agmine* 1, 6. 2. — *ab oppugn.*, 25, 25, 9; 30, 20, 1, vgl. 6, 17, 8. — *muris turr.*, vielleicht wegen der Einfälle der Etrusker, s. c. 17; 19, und Tiburtiner, c. 12, bis in die Nähe der Stadt, vgl. 6, 32, 1. — *aedis Ap. ded.*, s. 4, 29, 7; wahrscheinlich war der Tempel im Gallischen Kriege zerstört worden, s. Becker 1, 605; Preller 269.

21—22. Streitigkeiten um das Consulat und die Censur. Schuldentilgung.

1—2. *diremit*, s. 1, 36, 6, die Tribunen intercediren wie c. 17, 12, vgl. 18, 3; 19, 6; 6, 35, 9; 9, 42, 3; Marq. 2, 3, 109 ff. — *ni*, 1, 22, 6. — *dictatore* etc., die Tribunen widersetzen sich ihm wie c. 3, 9, vgl. 8, 35, 1. — *obstin.*, 10, 11, 12. — *prolatand.*, wie sonst *proferre*, *differre comitia*, s. c. 17, 13: während die Comitien, weil sie nicht

Digitized by Google

stratu abisset, res ad interregnum rediit. infestam inde patribus plebem interreges cum accepissent, ad undecimum interregem 3 seditionibus certatum est. legis Liciniae patrocinium tribuni iactabant; propior dolor plebi fenoris ingravescentis erat, curaeque 4 privatae in certaminibus publicis erumpebant. quorum taedio patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiae causa observare legem Liciniam comitiis consularibus iussere. P. Valerio 5 Publicolae datus e plebe collega C. Marcius Rutilus. inclinatis semel in concordiam animis novi consules fenebrem quoque rem, quae distinere una animos videbatur, levare adgressi solutionem alieni aeris in publicam curam verterunt quinqueviris creatis, 6 quos mensarios ab dispensatione pecuniae appellarunt. meriti aequitate curaque sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent; fuere autem C. Duellius P. Decius

beendigt werden konnten, immer von neuem aufgeschoben wurden, s. 4, 29, 3; 8, 36, 7. — *undecimum*, c. 17, 11; Mommsen Forsch. 220. *seditionibus*, die Aufregung u. Spaltung in Folge der Intercession.

3—4. *legis* etc., concessiv. — *propior* etc.: berührte die Plebs mehr, lag ihr näher. — *fenoris ingr.*, nicht Wucher, sondern wie c. 19, 5: *sorte ipsa*: die immer mehr drückende Schuldenlast, da das Capital bei den hohen Zinsen nicht abgetragen werden konnte. Wahrscheinlich war zur Herstellung der Mauern auch ein tributum gefordert worden. — *in — erumpebant*, sie brachen während des Streites um die politischen Rechte hervor; anders ist der Erfolg c. 18, 10; 6, 32, 3. — *concordiae c.*, man wollte es nicht zum Aeussersten kommen lassen, wie 2, 30f. — *observare*, es hängt also von dem vorsitzenden Magistrate ab, wen er zur Wahl zulassen will, doch schreitet an u. St. der Senat ein, dem der interrex sich fügt. — *iussere*, vgl. 6, 14, 1; 4, 6, 8; 6, 42, 10. — *datus*, c. 1, 2. — *Marcius*, c. 16, 17.

5. *novi cons.*, beide Consuln sind volksfreundlich, Lange 2, 535. — *una an.*, s. 2, 48, 1. — *alieni aer.*, Sall. C. 14, 2, sonst ist die Wortstellung ungewöhnlich; indess findet sich Aehnliches bei L., s. 27, 6, 16; 17, vgl. 35, 7, 5 u. 3. — *in publ. c.*, vgl. 2, 49, 1: *Veiens bellum in privatam curam — versum.* — *quinque cr.*, liessen sie nach einem Senatsbeschlusse durch das Volk wählen, Lange 1, 658; zur Construction 21, 1, 5: *stipendio — inposito.* — *mensarios*, eine Commission von 5 Männern, welchen Fonds aus der Staatscasse überwiesen werden, um eine Staatscreditbank zu eröffnen. Nicht zu verwechseln sind diese *quinqueviri mensarii*, vgl. 23, 21, 6; 24, 18, 12; 26, 36, 11, ausserordentliche Magistrate zur Ordnung des Schuldenwesens, gewöhnlich angesehene Männer, mit den Banquiers und Geldwechslern der späteren Zeit, *mensarii, argentarii*, s. 9, 40, 16, welche Privatleute sind. — *dispens. pec.*, Besorgung, Ordnung der Geldangelegenheit.

6—7. *omnium an.*, der ihm bekannten, s. Einl. S. 25. — *celebres* wird von L., mit Ausnahme von 26, 27, 16, wie von früheren Schriftstellern, nicht von Personen gebraucht; an u. St. scheint das Attribut von *nomina*, s. 6, 9, 8, auf die Personen übertragen zu sein;

Digitized by Google

Mus M. Papirius Q. Publilius et T. Aemilius. qui rem difficillimam tractatu et plerumque parti utrique, semper certe alteri gravem cum alia moderatione tum inpendio magis publico quam iactura sustinuerunt. tarda enim nomina et inpeditiora inertia debitorum quam facultatibus aut aerarium mensis cum aere in foro positis dissolvit, ut populo prius caveretur, aut aestimatio aequis rerum pretiis liberavit, ut non modo sine iniuria sed etiam sine querimoniis partis utriusque exhausta vis ingens aeris alieni sit. 7 8

Terror inde vanus belli Etrusci, cum coniurasse duodecim populos fama esset, dictatorem dici coegit: dictus in castris — eo enim ad consules missum senatus consultum est — C. Iulius, cui magister equitum adlectus L. Aemilius. ceterum foris tranquilla omnia fuere. Temptatum domi per dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit. duo 9 **22** 2

Duell. 2, 58, 2. — *et T. Aem.*, s. 34, 54, 3; 44, 43, 6, vgl. 3, 1, 5. Es sind 2 Patricier, 3 Plebejer. — *alteri*, 1, 13, 3. — *tum inpendio*, sie verwalteten die Sache so, dass der Staat wol einen Aufwand zu machen, aber keinen Verlust hatte.

8. *tarda n.*, Schuldposten, die nicht rechtzeitig zurückgezahlt werden, und Schwierigkeiten machen mehr wegen der Nachlässigkeit der Schuldner als der Ueberschuldung. — *facult.* wie 6, 27, 3: *fide* etc. — *aerarium*, dieses zahlt, nachdem auf dem Forum Tische mit Geld aufgestellt sind, eine Bank eröffnet ist, die Schuldposten baar aus (*dissolvit*); übernimmt die Schulden. — *ut p.* = *ita tamen ut*, so dass dem Staate für das ohne Zinsen vorgeschossene Geld Sicherheit geleistet wurde durch Bürgen (*praedes*) und Grundstücke, s. 22, 60, 4. — *aestimatio*, der Schuldner musste, wenn er nicht der Strenge des Schuldrechtes verfallen, addicirt oder nectirt werden wollte, dem Gläubiger Werthgegenstände abtreten nach einer von der Commission festgesetzten billigen Taxe, dieser sie an Zahlungsstatt annehmen. Wie vorher *aerarium* statt *mensarii ex aerario* steht, so hier *aestimatio* st. *aequis pretiis aestimatione a mensariis constitutis*. — *liberavit*, auch hierzu ist Object *nomina*, durch die aestimatio werden die Schuldposten losgelöst, abgewickelt, wie *expedire*, obgleich L. wol mehr an die Schuldner denkt, die von ihrer Last oder Fessel befreit werden, s. Cic. Rep. 2, 34: *nexa liberata*, vgl. L. 21, 33, 10: *itinera liberata*.

9. *duodecim*, 5, 33, 9; die Zahl ist nach dem Untergange Vejis viell. durch Aufnahme einer anderen Stadt unter die 12 ergänzt worden. — *dictator.*, das Folgende zeigt, dass er ernannt wird um die Wahl eines plebejischen Consuls zu hindern, wie c. 22, 10, vgl. c. 21, 4. — *eo enim*, das erste Beispiel, dass ein Senatsbeschluss über die Wahl des Dictators an die Consuln in das Lager geschickt wird, während die Ernennung sonst in Rom erfolgt. — *adiectus*, s. c. 12, 9; 22, 11: *additus*, vgl. c. 19, 10.

22. 1—3. *Temptatum*, s. c. 8, 5. — *ad interr.*, nach dem Abgange des Dictators und der Consuln; die Tribunen haben wol wie c. 21, 1

Digitized by Google

interreges C. Sulpicius et M. Fabius interpositi obtinuere, quod dictator frustra tetenderat, mitiore iam plebe ob recens meritum
3 levati aeris alieni, ut ambo patricii consules crearentur. creati ipse C. Sulpicius Peticus, qui prior interregno abiit, et T. Quinctius Pennus; quidam Caesonem alii Gaium nomen Quinctio
4 adiciunt. ad bellum ambo profecti, Faliscum Quinctius, Sulpicius Tarquiniense, nusquam acie congresso hoste cum agris magis quam cum hominibus urendo populandoque gesserunt bella;
5 cuius lentae velut tabis senio victa utriusque pertinacia populi est, ut primum a consulibus, dein permissu eorum ab senatu
6 indutias peterent. in quadraginta annos impetraverunt. ita posita duorum bellorum, quae inminebant, cura, dum aliqua ab armis quies esset, quia solutio aeris alieni multarum rerum muta-
7 verat dominos, censum agi placuit. ceterum cum censoribus creandis indicta comitia essent, professus censuram se petere C. Marcius Rutilus, qui primus dictator de plebe fuerat, concor-
8 diam ordinum turbavit. quod videbatur quidem tempore alieno fecisse, quia ambo tum forte patricii consules erant, qui rationem
9 eius se habituros negabant; sed et ipse constantia inceptum obtinuit, et tribuni omni vi, reciperaturi ius consularibus comitiis amissum, adiuverunt, et cum ipsius viri maiestas nullius honoris fastigium non aequabat, tum per eundem, qui ad dictaturam aperuisset viam, censuram quoque in partem vocari plebes volebat.

Einsprache gethan. — *interpos.*, zwischen die ordentlichen Magistrate. — *oblin.*, s. c. 17, 10. — *mitiore*, in Bezug auf den Dictator oder die 11 Interregen c. 21, 2. Der Grund selbst hätte, wenn er richtig wäre, schon bei dem Versuche des Dictators eintreten können. — *ut — crearentur* ist eine unbeabsichtigte Wiederholung von § 1, oder einem Irrthum der Abschreiber zuzuschreiben. — *Sulpicius*, c. 19, 6. *Quinctius*, c. 18; 9. *Gaium nomen*, s. 1, 1, 11. Auch Diod. 16, 53 nennt ihn *Gaius*, vgl. L. 8, 18, 2. — *populandoque*, *populari* wird oft von L. absolut gebraucht.

5—7. *tabis senio*, über die doppelte Metapher s. Naegelsbach Stil. § 131, 1; vgl. 5, 43, 7. — *ab senatu*, s. c. 20, 3. Der Krieg hat 8 Jahre gedauert, s. c. 12. — *multar. rer.* in Folge der Abtretung des Vermögens c. 21, 8; nicht dass die Schulden beim Census vom Vermögen wären abgezogen worden, s. Lange 1, 361. — *censum agi*, seit 6, 31 zum erstenmale wieder erwähnt, s. 7, 15, 12. — *professus*, in der Zeit zwischen der Ankündigung der Wahl und dieser selbst konnten die Candidaten sich dem Volke vorstellen und ihre Absicht sich zu bewerben (*profiteri n. se petere*), s. 26, 18, 7, kund geben. — *dictator*, c. 17.

8—11. *rationem* etc., s. 3, 64, 5; 10, 15, 11. — *adiuverunt*, wahrscheinlich indem sie mit Einsprache drohen, wenn für Marcius keine Stimmen angenommen werden. —

Digitized by Google

nec variatum comitiis est, quin cum Manlio Gnaeo censor Marcius crearetur. 10

Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur. magister equitum dictatori additus Q. Servilius. nec tamen dictatura potentiorem eum consensum patrum consularibus comitiis fecit quam censoriis fuerat. M. Popilius Laenas a plebe **23** consul, a patribus L. Cornelius Scipio datus. fortuna quoque inlustriorem plebeium consulem fecit: nam cum ingentum Gallorum exercitum in agro Latino castra posuisse nuntiatum esset, Scipione gravi morbo inplicito Gallicum bellum Popilio extra ordinem datum. is inpigre exercitu scripto, cum omnis extra portam Capenam ad Martis aedem convenire armatos iuniores iussisset, signaque eodem quaestores ex aerario deferre, quattuor expletis legionibus quod superfuit militum P. Valerio Publicolae praetori tradidit, auctor patribus scribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli eventus subsidium rei publicae esset. ipse iam satis omnibus instructis conparatisque ad hostem pergit. cuius ut prius nosceret vires quam periculo ultimo temptaret, in tumulo, quem proximum castris Gallorum capere potuit, vallum

in p. v., von dem, was einem Anderen gehört hat, einen Theil an sich ziehen; theilen mit einem, vgl. 6, 40, 18; 4, 35, 6. — *nec var.*, die Stimmen zersplitterten sich nicht, s. 1, 43, 11: er wurde einstimmig gewählt, und der vorsitzende Magistrat wagte nicht sein Recht die Stimmen für ihn zurückzuweisen geltend zu machen, Lange 1, 511; 498. — *quin*, 1, 42, 2. — *Manlio Gnaeo*, s. 1, 56, 11, ist hier unsicher, aber *de plebe* statt *Gnaeo* wäre nach § 7 überflüssig und läge der hds. Lesart *neuio* zu fern; über *Manlius* s. c. 16. — *Marcius*, c. 17. — *eum consens.*, die Uebereinstimmung in diesem Punkte, in dem Plan das Licinische Gesetz nicht zu beobachten, s. c. 22, 8.

23—26. Kriege gegen die Gallier und Griechen; Latium abtrünnig. Polyb. 2, 18; Dionys. 15, 1 ff.; Appian Celt. 10; Dio Cass. frg. 34; Zon. 7, 25; Gell. 9, 11; Eutrop. 2, 3; Oros. 3, 6.

1—4. *Popilius*, c. 16; 17. — *a pl. datus*, wie c. 1, 2: *plebs dedit*, oder: von Seiten der Plebs, vgl. c. 21, 5. — *quoque*, wie die Wahl selbst. — Gall., c. 12, vgl. Polyb. l. l.: *αὖθις δ' ἐξ ἐπιβολῆς ἑτέρας ἔτει δωδεκάτῳ μετὰ μεγάλης στρατιᾶς ἐπιπορευομένων* etc., auch wird nach ihm der Krieg bald beendigt. — *Gall. bell.*, die Römer sind den Latinern zu Hülfe verpflichtet. — *extra ord.*, 8, 16, 5. — *omnis*, c. 11, 5. — *signaq.*, 4, 22, 1. — *ad Mart. a.*, 6, 5, 8. — *praetori*, s. c. 25, 12. — *auct. pat.*, er trug im Senate darauf an, vgl. 45, 26, 5: *genti auctores desciscendi*; 23, 42, 2: *auctor rebellionis Sardis.* — *scribendi*, anzuordnen dass — werde. — *alterius*, welches ausnahmsweise von dem Prätor hätte ausgehoben werden müssen, s. 33, 43, 7.

5—7 *quem prox.*, s. 4, 20, 8. —

Digitized by Google

6 ducere coepit. gens ferox et ingenii avidi ad pugnam cum procul visis Romanorum signis, ut exemplo proelium initura, explicuisset aciem, postquam neque in aequum demitti agmen vidit, et cum loci altitudine tum vallo etiam integi Romanos, perculsos pavore rata simul opportuniores, quod intenti tum maxime operi
7 essent, truci clamore adgreditur. ab Romanis nec opus intermissum — triarii erant, qui muniebant —, et ab hastatis principibusque, qui pro munitoribus intenti armatique steterant, proe-
8 lium initum. praeter virtutem locus quoque superior adiuvit, ut pila omnia hastaeque non tamquam ex aequo missa vana, quod plerumque fit, caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur;
9 oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa aut praegravata inhaerentibus gerebant scuta, cum cursu paene in adversum
10 subissent, primo incerti restitere; dein, cum ipsa cunctatio et his animos minuisset et auxisset hosti, inpulsi retro ruere alii super alios, stragemque inter se caede ipsa foediorem dare: adeo praeci-
24 piti turba obtriti plures quam ferro necati. Necdum certa Romanis
2 victoria erat; alia in campum degressis superat moles: namque multitudo Gallorum sensum omnem talis damni exsuperans ve-

avidi ad, s. 4, 54, 4; 22, 21, 2: *avida in novas res*. Ueber die Verbindung *cum—postquam* s. 8, 27, 2; 38, 22, 1; 22, 14, 1; *ut—postquam*: 25, 15, 15: *cum—ubi*. — *integi*, verstärktes *tegi*; gewöhnlich bedeutet jedoch *integere* bedecken, s. 26, 17, 12; 27, 3, 3, weshalb Andere die Lesart späterer codd.: *tegi* vorziehen. — *triarii*, die das Hintertreffen bilden und das Lager decken, s. 2, 47, 5. — *steterant*, die bis dahin unter den Waffen gestanden hatten, s. 8, 32, 12.

8—10. *pila h.*, vgl. 9, 19, 7: *pilum haud paulo quam hasta vehementius ictu missuque telum*, 8, 8, 6; zu 2, 30, 12. — *hastaeq.*, diese führen um diese Zeit die *triarii*, 8, 8, 10, viell. hat sie L., durch den Namen verleitet, den *hastati* beigelegt; auch wurden dieselben zum Stoss, s. 1, 43, 2, nicht zum Wurf gebraucht, wenn dieser nicht durch das Terrain veranlasst war. — *librata p.*, durch das Gewicht erhielt das nach unten geworfene Geschoss grösseren Schwung, der Wurf grössere Sicherheit; Tac. H. 2, 22; L. 30, 10, 13: *gravior ac pondere ipso libratior superne ictus erat*. — *gerebant*, obgleich zunächst mit *scuta* verbunden, kann sich auch auf *corpora* beziehen, oder hierzu ist *habebant* aus jenem zu nehmen, vgl. 10, 29, 6: *quibus* (*pilis*) *plerisque in scuta rarisque in corpora ipsa fixis sternitur cuneus*. — *alii s. a.*, s. 6, 10, 8, hat hier locale Bedeutung, bei der *super* mit seinem Casus gewöhnlicher voransteht, wie a. u. St. 24, 39, 5; 30, 8, 9. — *inter se* könnte zu *stragem* genommen werden, s. c. 8, 3, steht aber wol mit *dare* in Beziehung, s. 8, 30, 6: *per viros — stragem dederunt*: sie richteten unter einander eine grössere Niederlage an, als das Morden von Seiten der Feinde: *caede*, im Folg. *quam ferro*. — *adeo* etc. giebt nur eine nähere Schilderung des Vorganges.

24. 2—3. *multit.—ciebat*, obgleich *multit.* nur das Mittel oder

Digitized by Google

lut nova rursus exoriente acie integrum militem adversus victo-
rem hostem ciebat; stetitque suppresso impetu Romanus, et 3
quia iterum fessis subeunda dimicatio erat, et quod consul, dum
inter primores incautus agitat, laevo umero matari prope tra-
iecto cesserat parumper ex acie. iamque omissa cunctando vi- 4
ctoria erat, cum consul vulnere alligato revectus ad prima signa
„quid stas, miles?“ inquit; „non cum Latino Sabinoque hoste
res est, quem victum armis socium ex hoste facias: in beluas
strinximus ferrum; hauriendus aut dandus est sanguis. propu- 5
listis a castris, supina valle praecipites egistis, stratis corporibus
hostium superstatis; conplete eadem strage campos, qua montis
replestis. nolite expectare, dum stantes vos fugiant; inferenda 6
sunt signa et vadendum in hostem.“ his adhortationibus iterum 7
coorti pellunt loco primos manipulos Gallorum; cuneis deinde in
medium agmen perrumpunt. inde barbari dissipati, quibus nec 8
certa imperia nec duces essent, vertunt impetum in suos; fusi-
que per campos et praeter castra etiam sua fuga praelati, quod
editissimum inter aequales tumulos occurrebat oculis, arcem Al-

der Grund war. — *nov. rurs.*, 10, 29, 1. — *exor. acie*, 8, 8, 13, ist wesentlich dasselbe Subj. wie *multit.*, s. 1, 28, 10; *integrum mil.* hinzugefügt, um einen Gegensatz zu *victor. h.* zu gewinnen. — *matari*, Non. Marc. p. 556: *materae tela gravia bellica*, Sisenna Hist. lib. III: *Galli materibus, Hispani lanceis configunt.* Auch Strabo 4, 4, 3, 196 braucht μάδαρις; Auct. ad. Her. 4, 32: *materis.* — *alligato*, Cic. Tusc. 2, 17, 39: *abducet Patricoles — ut vulnus obliget*, dann: *quiesce igitur et vulnus alliga*, dieses ist das weniger gewöhnliche. — *socium* ist von den Sabinern, 1, 13 ausgenommen, nicht erwähnt. — *hauriendus*, wir müssen — vergiessen oder das unsrige daran geben, vergiessen lassen, s. 9, 1, 9; 26, 13, 13; Cic. Sest. 24, 54. — *supina v.*, das rückwärts liegende, rücklings das Thal hinab, 4, 46, 5: *per supinam vallem*; 6, 24, 3.

7. *manipulos*, auf die Gallier übergetragen, wie *legiones*, 2, 26, 3. — *cuneis*, vgl. 8, 10, 6: in enggeschlossenen Gliedern stehende Mannschaften, hier Manipel; im Gegensatze zu dem weiteren Raume, den im stataischen Kampfe die Einzelnen einnehmen, vgl. 32, 17, 11: *cohortes cuneum Macedonum — phalangem ipsi vocant — perrumperent*; s. die Stelle zu c. 23, 9; 2, 50, 9; anders 40, 40, 2: *Celtiberi, ubi ordinata acie — se non esse pares legionibus senserunt, cuneo inpressionem fecerunt*; wo die keilförmige Schlachtstellung gemeint scheint, s. Marquardt 3, 2, 333. — *perrumpunt*, sie dringen (durch die vorderen Reihen) bis in das Centrum der Gallier ein, hinter dem jedoch die Reserve, die dritte Schlachtreihe, steht (*vertunt — in suos*).

8—10. *nec certa imp.* etc., nach der Art der Barbaren, Tac. Germ. 30. — *praelati*, 6, 29, 3. — *aequales tum.*, die Hügel des Albanergebirges. — *quod edit. inter aeq. tum.*, der eigenthümliche Ausdruck soll andeuten, dass die Hügel im Gau-

Digitized by Google

9 banam petunt. consul non ultra castra insecutus, quia et vulnus
degravabat et subicere exercitum tumulis ab hoste occupatis no-
lebat, praeda omni castrorum militi data victorem exercitum opu-
10 lentumque Gallicis spoliis Romam reduxit. moram triumpho
vulnus consulis attulit, eademque causa dictatoris desiderium se-
11 natui fecit, ut esset, qui aegris consulibus comitia haberet. dicta-
tor L. Furius Camillus dictus, addito magistro equitum P. Corne-
lio Scipione, reddidit patribus possessionem pristinam consula-
tus. ipse ob id meritum ingenti patrum studio creatus consul
collegam Ap. Claudium Crassum dixit.

25 Priusquam inirent novi consules magistratum, triumphus
a Popilio de Gallis actus magno favore plebis, mussantesque in-
2 ter se rogitabant, num quem plebei consulis paeniteret; simul

zen gleich hoch, nur einer etwas höher war, die *arx Albana*, vgl. 33, 7, 9: *tumulum maxime editum inter alios*. Da L. kaum den bedeutend hohen mons Albanus (Monte Cavo), 26, 9, 9, unmittelbar östlich von der Höhe von Alba longa, oder den nördlichen Vorsprung desselben, Rocca die Papa, *tumulus* nennen konnte, so ist wol anzunehmen, dass ein Theil, wahrscheinlich der südliche, des Bergrückens gemeint ist, auf dem Alba longa gelegen hatte, s. Schwegler 1, 341. Nach dem Folg. *tumulis* u. c. 25, 3 haben sie auch nahe Höhen besetzt. Aus der Richtung der Flucht lässt sich abnehmen, dass die Schlacht, nach c. 23, 2 *in agro Latino*, nicht weit von dem Albanerberge geliefert wurde, wie eine frühere; vgl. 6, 42, 6; 7, 11, 3; Polyb. 2, 18. — *subicere*, er trug Bedenken unter die Höhen zu rücken, und sich einem Angriffe von da auszusetzen, wie die Gallier, c. 23, 10. — *moram* etc., nach dem Vorhergeh. *Romam red.* ist er zu Rom gewesen, s. 6, 16, 5. — *qui — comitia* etc., da Popilius noch vor dem Beginne des neuen Consularjahres triumphirt, s. c. 25, 1, so hätte er auch wol die Comitien halten können, wenn man ihm nicht den Vorsitz bei der Wahl hätte entziehen wollen, s. c. 21, 9.

11. *addito*, s. c. 14, 10: *instructo*; zur Sache c. 21, 9. — *ipse cr.*, was so sehr von Quinctius 3, 21, und an Appius getadelt wird, s. 3, 35, 8, finden die Patricier an Cam. lobenswerth, vgl. c. 25, 2. — *collegam — dixit*, s. 22, 35, 2; 37, 47, 7: *Fulvius consul unus creatur, cum ceteri centurias non explessent; isque postero die — collegam dixit*, nämlich *comitiis collegae rogando habitis*, wahrscheinlich hatten auch a. u. St. die übrigen Candidaten nicht die nöthige Stimmenzahl, und Claudius wird in einer zweiten Wahlversammlung, in der für Plebejer keine Stimmen angenommen werden, s. c. 25, 2, gewählt, s. Becker 2, 2, 59. Dass eine Cooptation statt gehabt habe, wie Manche annehmen, ist nicht glaublich. Uebrigens nennt Diod. 16, 59 als Consuln M. Aemilius und T. Quinctius, vgl. Cic. l. l.; CIL. p. 286.

25. 1—2. *triumphus* etc., nach den Triumphalfasten wird derselbe *an. CDIII Quirinalibus* gehalten, und da L. den Amtsantritt bald nach dem Triumphe erfolgt denkt, die Quirinalien aber wol die am 17. Februar gehaltenen sind, nicht der Dedicationstag des templum Quirini am 29. Jun., so müssten die Consuln etwa im Anfange des März ihr Amt

Digitized by Google

dictatorem increpabant, qui legis Liciniae spretae mercedem [consulatum], privata cupiditate quam publica iniuria foediorem, cepisset, ut se ipse consulem dictator crearet. annus multis variisque 3
motibus fuit insignis. Galli ex Albanis montibus, quia hiemis vim pati nequiverant, per campos maritumaque loca vagi populabantur; mare infestum classibus Graecorum erat oraque litoris 4
Antiatis Laurensque tractus et Tiberis ostia, ut praedones maririmi cum terrestribus congressi ancipiti semel proelio decertasint, dubiique discesserint in castra Galli, Graeci retro ad naves, victos se an victores putarent. inter hos longe maximus extitit 5
terror, concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinae habita responsumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent: La- 6
tinos pro sua libertate potius quam pro alieno imperio laturos arma. inter duo simul bella externa defectione etiam sociorum 7
senatus anxius cum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuisset, extendere omnes imperii vires consules dilectu habendo iussit: civili quippe standum exercitu esse, quando socialis coetus

angetreten haben, obgleich über den Anfangstermin des Amtsjahres in dieser Zeit nichts berichtet ist, s. 8, 20, 3; Becker 2, 2, 99; Mommsen Chron. S. 100. Der c. 26 geschilderte Kampf mit dem Gallier hat nach Gell. 9, 11: *annis quadringentis quinque post Romam conditam* statt gehabt; nach L. wäre es 406. — *consulat.* scheint ein Glossem zu *mercedem* zu sein. — *priv. cupid.*, die Begierde nach dem Amte, die nicht in seiner Stellung als Dictator sondern in ihm als Menschen ihren Grund habe, 28, 29, 1: *privata pietas*. In Bezug auf *privata* ist *ut — cepisset* erklärend hinzugefügt, da die Verletzung des Licin. Gesetzes auch erfolgen konnte, ohne dass er sich selbst wählen liess; darin, dass er sich über die Sitte, s. c. 24, 11, hinwegsetzte, lag ein Zeichen seiner *supiditas*, vgl. c. 9, 4; 24, 9, 10: *supcpectum cupiditatis imperii*. — *cepiss.*, c. 1, 2.

3—7. *per camp.* etc., die pomptinische Ebene. — *infest.* passiv, gewöhnlich tritt *a* zu dem Ablat., s. 6, 5, 3; 10, 46, 9. — *Graecorum*, s. c. 26, 15. — *oraq. lit.*, der Küstenstrich am Ufer, die Küste da wo sie in der Nähe von Antium vom Meere bespült wird, vgl. 38, 18, 12: *alterius orae litora*; Tac. Ann. 2, 78: *vitare litorum oram*. — *Laur. tract.*, wahrscheinlich dasselbe wie 1, 1, 4: *ager Laurens*, s. 8, 13, 5: *Astura*. — Die Flotte der Römer war damals unbedeutend; s. c. 26, 13; zu 9, 30, 4. — *inter hos* u. *terrores*. — *concil.*, wahrscheinlich sind die regelmässigen Landtage der Latiner gemeint, s. 6, 10, 7; 8, 14, 10; zu 1, 50, 1; das durch den Frieden c. 12 hergestellte Verhältniss scheint ihnen drückend gewesen zu sein. — *imperantib.*, s. 3, 4, 11; 7, 12, 7, vgl. 8, 2, 13. — *simul*, 6, 4, 1. — *etiam* überdiess noch, vgl. 22, 53, 6. — *extendere— vires*, nur ähnlich ist 34, 4, 15: *supra vires se extendant*, sonst wird *extendere* nicht leicht so gebraucht, und deshalb *intendere* verm. — *coetus* scheint die Gesammtheit, Masse der Bundesgenossen zu bezeichnen, s. Tac. Ann. 11, 23: *coetus alienige-*

Digitized by Google

8 desereret. undique, non urbana tantum sed etiam agresti iuventute,
decem legiones scriptae dicuntur quaternum milium et ducenorum
9 peditum equitumque trecenorum, quem nunc novum exercitum,
si qua externa vis ingruat, hae vires populi Romani, quas vix
terrarum capit orbis, contractae in unum haud facile efficiant;
adeo in quae laboramus sola crevimus, divitias luxuriamque.
10 Inter cetera tristia eius anni consul alter Ap. Claudius in ipso
11 belli apparatu moritur, redierantque res ad Camillum, cui unico
consuli vel ob aliam dignationem haud subiciendam dictaturae

narum, Andere tilgen das Wort, obgleich man nicht sieht, wie dasselbe habe zugesetzt werden können.

8. *undique—iuventute—legiones scriptae* ist eigenthümlich zusammen gestellt, da man *undique, ex—iuventute—scriptae*, s. 42, 27, 3: *socios navales—ex civibus Romanis—scribere iussus*, oder *undique, ex urbe* etc. erwartet, und Liv. scheint bei *urbana—iuventute* mehr *conscripta* gedacht zu haben. — *sed et. agresti* ist wol, wenn auch in der Zeit, von der die Rede ist, schon Proletarier, s. 8, 20, 4, in dem Heere dienten, s. Lange 2, 22, mehr nach den späteren Verhältnissen gesagt, als, seit Marius, die capite censi ausgehoben wurden, die meisten in der Stadt wohnten, während früher das Land die meisten Soldaten lieferte. — *quatern. m. e. duc.*, s. 6, 22, 8; 28, 28, 3, u. a., vgl. 8, 8, 14; Marq. 3, 2, 248, dagegen Eutrop. 1. 1. *ex Romanis tirones lecti sunt, factaeque legiones decem, qui modus sexaginta, vel amplius, armatorum millia efficiebat*, ebenso Oros. Dass Rom eine so grosse Zahl Truppen allein gestellt habe, ist jetzt weniger unwahrscheinlich als 2, 30, 7, denn bei Hieron. Chron. u. d. J. 416 heisst es: *inventa sunt civium centum sexaginta millia*; s. c. 22, 7; 9, 19, 3; 10, 47, 2; Mommsen 1, 427; doch vgl. 9, 3, 10; ib. 4, 11. — *equit. trec.*, also 4000, die Zahl ist durch die *privato equo* dienenden, s. 5, 7, 5, vermehrt, Lange 2, 16.

9—10. *quem n. n. e.*, der Nachdruck liegt, wie *qua* etc. zeigt, auf *novum*, bei Eutrop. 1. 1 *tirones*, wenn bei einer plötzlichen Gefahr ein neues Heer von 10 Legionen auf einmal gestellt werden sollte, vgl. 6, 12, 5. Bekannt ist die Bestürzung des Augustus über den Verlust der 3 Legionen des Varus, obgleich er 25 Leg. unter den Waffen hatte. — *in quae* = *in ea, in quae*, s. Quint. 8, 2, 18: *in hoc malum — laboratur;* Senec. de ira 3, 41: *nihil in famam laboremus*, vgl. L. 21, 43, 7; Stat. Theb. 5, 200: *vigilant in scelus.* — *inter cet. tr.* s. 4, 10, 4; *cetera* vertritt das Substantivum. — *moritur*, s. CIL. p. 444 ad ann. 405.

11. *redierant*, das Plusqprf. in Bezug auf die im Folg. dargestellten Ereignisse, die dem Erzählenden als vergangene vorliegen und in dem vollendeten *redire* ihren Grund haben, s. 1, 7, 1. Der Ausdruck *res red.* ist von dem interregnum, s. 1, 22, auf den Consul übergetragen, vgl. 6, 6, 3, obgleich dieser schon im Amte ist. Das Folg. zeigt, dass es Regel war nach dem Tode des einen Consuls einen anderen zu wählen, s. 2, 7, 6; Becker 2, 2, 88; Camillus scheint sich über diese ebenso wie über die c. 24, 11 erwähnte hinweggesetzt zu haben. — *vel — vel*, sei es — sei es, anders als *aut — aut* bei Negationen, s. 22, 2, 6. — *aliam*, in anderen Beziehungen, scheint auf das Folg. *omen* etc. hinzuweisen. — *dignatio*, 10, 7, 12; 2,

Digitized by Google

vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis dictatorem adrogari haud satis decorum visum est patribus. consul 12
duabus legionibus urbi praepositis, octo cum L. Pinario praetore divisis, memor paternae virtutis Gallicum sibi bellum extra sortem sumit, praetorem maritimam oram tutari Graecosque arcere litoribus iussit. et cum in agrum Pomptinum descendisset, quia 13
neque in campis congredi nulla cogente re volebat, et prohibendo populationibus, quos rapto vivere necessitas cogeret, satis domari credebat hostem, locum idoneum stativis delegit.

Ubi cum stationibus quieti tempus tererent, Gallus proces- 26
sit magnitudine atque armis insignis; quatiensque scutum hasta cum silentium fecisset, provocat per interpretem unum ex Romanis, qui secum ferro decernat. M. erat Valerius tribunus mi- 2
litum adulescens, qui haud indigniorem eo decore se quam T. Manlium ratus, prius sciscitatus consulis voluntatem in medium armatus processit. minus insigne certamen humanum numine 3

16, 5. *cognominis* zu *omen faustum* gehörig, bezieht sich auf seinen Zunamen *Camillus*, wie L. den Vater des Consuls gewöhnlich nennt, und dessen Siege über die Gallier, 5, 49. — *adrogari* hat sonst andere Bedeutung und scheint hier wie *subrogare*, was von dem Dictator nicht gebraucht werden konnte, gesagt zu sein: durch eine Rogation ihm an die Seite gesetzt werden; obgleich die Ernennung des Dictators nicht in Folge einer Rogation eintrat, und der Consul ihm untergeordnet war. Wäre Camillus nicht der alleinige Consul gewesen, so hätte er von seinem Collegen zum Dictator ernannt werden können. — *haud s. d.*, c. 18, 2.

12. *sumit*, also ohne den Senat zu befragen, s. 3, 2, 2. Eben so betrachtet er, wie *iussit* andeutet, den Prätor als sich untergeordnet. s. c. 1. — *praetore*, da dieser das volle imperium hat, s. 6, 42, 11, so kann er auch ein militärisches Commando übernehmen, s. c. 23, 3, obgleich dieses selten geschieht, s. 10, 31, 3; 22, 57, 8, und das *imperium militare* bei ihm gewöhnlich ruht, Lange 1, 565 f. — *Pomptin.*, s. § 3. — *domari* statt *domari posse*.

26. 1—3. *stationib.*, mit Posten-Wachestehen, 1, 57, 5: auf Posten; das Heer war nicht weiter beschäftigt, sondern nur mit u. s. w. — *hastam*, sonst haben die Gallier das gaesum oder die mataris, s. c. 24, 3. — *per int.*, genauer als c. 9, 8. — *M. erat. Val.*, eine Form, mit welcher gewöhnlich die Erzählung beginnt, wenn eine noch nicht genannte Person eingeführt wird, 25, 3, 9: es war da M. Val. —, und dieser u. s. w.; wenn dieselbe schon irgend wie bezeichnet ist, s. 8, 25, 10; 24, 37, 3, tritt häufiger *is* hinzu, s. 5, 34, 2; 24, 34, 2 u. a. — *scisc.*, c. 10, 2. *consulis*, Gell. l. l., der die Darstellung des Claud. Quadrigarius aufbewahrt hat, welcher im Uebrigen auch L. folgt, sagt unrichtig *consulibus*. — *minus ins.*, der an sich nicht unbedeutende Kampf der Menschen wurde durch das Eintreten der göttlichen Machtäusserung weniger bedeutend, als er ohne dieses gewesen sein würde. Daher hebt auch L., sich an die Sage haltend, nur diese Seite hervor, und geht kurz mit

Digitized by Google

interposito deorum factum: namque conserenti iam manum Ro-
4 mano corvus repente in galea consedit, in hostem versus. quod primo ut augurium caelo missum laetus accepit tribunus, precatus deinde: si divus, si diva esset qui sibi praepetem misisset,
5 volens propitius adesset. dictu mirabile! tenuit non solum ales captam semel sedem, sed quotienscumque certamen initum est, levans se alis os oculosque hostis rostro et unguibus adpetit, donec territum prodigii talis visu oculisque simul ac mente turbatum Valerius obtruncat. corvus ex conspectu elatus orientem
6 petit. hactenus quietae utrimque stationes fuere; postquam spoliare corpus caesi hostis tribunus coepit, nec Galli se statione tenuerunt, et Romanorum cursus ad victorem etiam ocior fuit. ibi circa iacentis Galli corpus contracto certamine pugna atrox
7 concitatur. iam non manipulis proximarum stationum sed legionibus utrimque effusis res geritur. Camillus laetum militem victoria tribuni, laetum tam praesentibus ac secundis diis ire in proelium iubet; ostentansque insignem spoliis tribunum „hunc imitare, miles“ aiebat, „et circa iacentem ducem sterne Gallo-
8 rum catervas.“ dii hominesque illi adfuere pugnae, depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis est: adeo duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, utraque acies
9 animis praeceperat. inter primos, quorum concursus alios exciverat, atrox proelium fuit; alia multitudo, priusquam ad coniectum teli veniret, terga vertit. primo per Volscos Falernumque

conserenti iam manum u. *obtruncat* über den menschlichen Kampf weg, Gell. l. l.: *et congrediuntur et consistunt et conserebantur iam manus.* Ueber die Wortstellung *insigne — factum* s. 28, 25, 11; 30, 26, 5; 42, 6, 2 u. a. — *numine*, Gell.: *atque ibi vis quaedam divina fuit.*

4—6. *quod*, diese Erscheinung überhaupt, besonders in Bezug auf die letzten Worte: *in host. versus.* — *si divus* etc., aus Furcht nicht die rechte Gottheit anzurufen, wird der Ausdruck unbestimmt gehalten, s. 6, 16, 2; 29, 27, 1; Nieb. R. G. 3, 92; Marq. 4, 36. — *praepetem*, Gell. 7, 6, 3: *praepetes aves ab auguribus appellantur, quae aut opportune praevolant, aut idoneas sedes capiunt.* — *dictu m.*, 9, 41, 18. *adpetit*, Quint. 2, 4, 18: *os oculosque — everberaret*, vgl. L. 6, 17, 8. — *orientem*, 1, 18, 7. — *hactenus* ist nicht einfach der Zeitmoment, bis zu dem etwas dauert, sondern zugleich die Andeutung einer neuen Reihe von Erscheinungen. — *man. p. st.*, s. 3, 5, 4, vgl. c. 24, 7. — *praesentib.*, die Gegenwart der Götter und damit zugleich ihre Theilnahme und Wirksamkeit; 10, 40, 14; 29, 18, 7. — *aiebat*, 1, 24, 4.

8—9. *adeo*, gleichsam ein Ausruf, der die Schilderung unterbricht, da *inter primos* etc. eine weitere zu § 7 nicht ganz passende, Entwickelung von *haudquaquam* etc. ist. — *praecep.*, kurz statt: *praeceperat eum pugnae universae eventum, qui duorum militum fuerat*, vgl. 4, 27, 5; 5, 27, 10: *exitum.* — *alia*, 1, 7, 3, anders *alios.* — *teli*, wie oft, col-

Digitized by Google

agrum dissipati sunt; inde Apuliam ac mare inferum petierunt. consul contione advocata laudatum tribunum decem bubus au- 10
reaque corona donat; ipse iussus ab senatu bellum maritimum curare cum praetore iunxit castra. ibi quia res trahi segnitia 11
Graecorum non committentium se in aciem videbantur, dictatorem comitiorum causa T. Manlium Torquatum ex auctoritate senatus dixit. dictator magistro equitum A. Cornelio Cosso dicto 12
comitia consularia habuit, aemulumque decoris sui absentem M. Valerium Corvum — id enim illi deinde cognominis fuit — summo favore populi, tres et viginti natum annos, consulem renuntiavit. collega Corvo de plebe M. Popilius Laenas, quartum consul futu- 13
rus, datus est. — Cum Graecis a Camillo nulla memorabilis gesta res: nec illi terra nec Romanus mari bellator erat. postremo 14
cum litoribus arcerentur, aqua etiam praeter cetera necessaria usui deficiente Italiam reliquere. cuius populi ea cuiusque gentis 15
classis fuerit, nihil certi est. maxime Siciliae fuisse tyrannos crediderim: nam ulterior Graecia ea tempestate intestino fessa bello iam Macedonum opes horrebat.

Exercitibus dimissis cum et foris pax et domi concordia or- 27

lectiv; *coniectus teli*, vgl. 26, 40, 10, abstract: auf Schussweite, ohne Rücksicht auf das Eintreten des Abwerfens und den Erfolg, der durch *telorum* bezeichnet würde. — *Falernumq.*, s. 8, 11, 13. — *inferum*, da dieses an der Westseite Italiens ist, so muss man entweder annehmen, dass ein Theil sich nach dieser gezogen habe, wie vorher *dissipati*, oder dass *inferum* verschrieben sei st. *supernum*. Nach Niebuhr war es dieser Sieg, von dem Aristoteles hörte; Plut. Cam. 22, 4. Ein Triumph des Camillus wird weder von Liv. noch in den Fasti triumph. erwähnt, s. CIL. p. 286., vgl. Ihne 1, 349.

10—13. *decem bub.*, s. c. 37, 3; 26, 48, 14. — *curare*, vgl. 4, 12, 8: *curatio*. — *comit. c.*, nur zu diesem Zwecke, s. c. 3, 9. — *Manl.* c. 19. — *ex auct. s.*, s. c. 12, 9. — *id — cognominis*, die Art Beinamen = einen solchen, den B., s. 4, 7, 10. — *tres et v. a. n.*, erst später wurde durch die leges annales ein höheres Alter festgesetzt, Becker 2, 2, 18. — *renuntiavit*, 3, 21, 6. — *Popil.* c. 23.

13—15. *bellator*, 1, 28, 1; zur Sache c. 25. — *erat* gehört dem Sinne nach auch zu *illi*. — *cuius gentis*, da sie schon als Griechen bezeichnet sind, so können nur die verschiedenen Stämme im eigentlichen Griechenland (nachher *ulterior Graecia*), Asien, Unteritalien und Sicilien gemeint sein: welchem griechischen Staate, ja selbst welchem Stamme sie angehörte, s. 6, 12, 4. — *nihil c. e.*, es giebt nichts Gewisses darüber. — *Sicil. tyr.*, kurz st.: *classem a tyranno aliquo Siciliae missam. tyrannos*, Dionys. II, Hiketas u. a.; Nieb. R. G. 3, 99 zweifelt, dass aus Sicilien eine solche Unternehmung gemacht worden sei. — *intest.*, der erste heilige Krieg, s. Brandstäter, Gesch. d. aetol. Landes S. 168.

27—28. Innere Verhältnisse; Krieg mit den Volskern und Aurunkern.

Digitized by Google

dinum otium esset, ne nimis laetae res essent, petsilentia civitatem adorta coegit senatum imperare decemviris, ut libros Sibyl-
2 linos inspicerent; eorumque monitu lectisternium fuit. eodem anno Satricum ab Antiatibus colonia deducta restitutaque urbs, quam Latini diruerant; et cum Carthaginiensibus legatis Romae foedus ictum, cum amicitiam ac societatem petentes, ve-
3 nissent. — Idem otium domi forisque mansit T. Manlio Torquato C. Plautio consulibus. semunciarium tantum ex unciario fenus factum, et in pensiones aequas triennii, ita ut quarta
4 praesens esset, solutio aeris alieni dispensata est; et sic quoque parte plebis adfecta fides tamen publica privatis difficulta-

1. *decem viris*, 6, 42, 2. — *lectisternium*, s. c. 2, 2. Nach anderen Nachrichten, s. Censorin. de die nat. c. 17, sollen in diesem Jahre die Saecularspiele gefeiert worden sein, vgl. Festus p. 329: *ludi seculares*; Mommsen. Chron. S. 182 f.

2. *Satricum — urbs*, Antium scheint sich, wol in Folge der c. 25, 4 ff; 19, 6 erwähnten Ereignisse wieder unabhängig gemacht, s. 6, 33, 3, und mit den übrigen Volskern verbunden, c. 19, 6, dann das nahe Satricum, welches, wenn die Römer wieder eine Colonie dahin abführten, gefährlich werden konnte, hergestellt zu haben, 6, 33, 4, vgl. 4, 49, 7. — *cum Carthag.*, L. erwähnt hier zuerst ein Bündniss mit Carthago, aber er bemerkt nicht, dass es das erste gewesen (Orosius 3, 7 hat schwerlich bei L. gelesen: *primum illud ictum cum Carthag. foedus*, sondern diese Bemerkung selbst gemacht, oder aus einer anderen Quelle entlehnt), es bleibt also nach ihm die Möglichkeit das Polyb. 3, 22 erwähnte Bündniss aus d. Jahr 245 d. St. als das erste zu betrachten. Das von L. a. u. St. erwähnte Bündniss würde dann das zweite der von Polyb. c. 24 angegebenen sein, und die in demselben vorausgesetzten Verhältnisse, besonders die Roms zu den Latinern, würden ganz zu der Lage, in der sich Rom in jener Zeit befand, stimmen. Da jedoch Diod. 16, 19 das Bündniss von 406 das erste nennt, so hat Mommsen Chron. 321 dieses für dasselbe erklärt, welches Polyb. als das erste bezeichnet und bezweifelt, dass es von Polyb. mit Recht in das Jahr 245 gesetzt werde, s. zu c. 38, 2; 9, 43, 26; Mommsen R. G. 1, 417; Rhein. Jahrbb. 15, 396; 488; 16, 288; Jahrbb. f. Philol. 95, 321 ff.

4: *sed et* etc. — *viam pat.*, indem sie sich zurückziehen um ihn herabzulocken. — *advers. coll.*, gegen die Hügel an. — *valloque* als genauere Bestimmung zu *opere* gehörend, wie § 13 *ac pigritia*, s. 3, 42, 2; dagegen *aut quonam*, s. 1, 1, 7. — *quaenam ista*, s. 6, 40, 18; ib. 7, 3. — *inscitia*, s. c. 12, 2, eigentlich Ungeschicklichkeit, deshalb in Prosa gewöhnlich mit einem Gerundium, selten mit dem genitiv. objectivus eines Nomen verbunden, s. Cic. Offic. 1, 40, 144: *inscitia temporis*; Cornel. Epam. 7, 4: *inscitia belli*; Tac. H. 1, 1. — *in unum conf.*, zum Angriff concentriren, vgl. c. 15, 4; 33, 19, 7: *in unum conferre vires*; Caes. B. G. 2, 25: *signis in unum locum collatis*; der Gegensatz dazu erfordert im Folg. *diduci* statt des hds. *educi*, welches sonst von den Truppen selbst und zwar von dem Ausrücken aus dem Lager gebraucht wird. — *quidem* adversativ. — *nemo* mit Nachdruck am Schlusse, s. Cic. Off. 1, 35, 129 u. a. — *potuerimus*, ohne *cum* hiesse es *potuimus*.

14—15. *tum vero — si*, s. 6, 14, 4. — *gregali*, wie ihn die Soldaten im Heere tragen im Gegensatze zu den Officieren in demselben, deren Kriegsmäntel also verschieden waren; *manipularium*, der gemeinen Soldaten im Gegensatze zu den Centurionen u. Tribunen der Legion, s. Nipperdey Tac. Ann. 1, 21. Statt *haec* vermuthet Dobree *hinc=deinde*. — *ductis*, vgl. 21, 1, 4: *duceretur*.

35. 1—2. *tesseram*, die Holztäfelchen, auf denen die Parole stand, dienten zugleich um Befehle (daher *convenirent*) und Anzeigen an die einzelnen Abtheilungen gelangen zu lassen, s. c. 36, 7; 9, 32, 4. — *secundae vig.*, 2, 64, 9; Veget. 3, 8: *a tubicine omnes vigiliae committuntur et finitis horis a cornicine revocantur*: gewöhnlich wurde jedoch das Zeichen zur Ablösung der Wachen mit der *bucina*, einem horuartig gekrümmten Blasinstrumente von Erz gegeben. — *cum sil.*, 3,

Digitized by Google

ctum erat, taciti convenerunt: „hoc silentium, milites," inquit „omisso militari adsensu in me audiendo servandum est. ubi sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt in dextram partem taciti transibitis; quae pars maior erit, eo stabi-
3 tur consilio. nunc, quae mente agitem, audite. non fuga delatos nec inertia relictos hic vos circumvenit hostis: virtute cepistis
4 locum, virtute hinc oportet evadatis. veniendo huc exercitum egregium populo Romano servastis; erumpendo hinc vosmet ipsos servate: digni estis, qui pauci pluribus opem tuleritis, ipsi
5 nullius auxilio egeritis. cum eo hoste res est, qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit, hunc tam opportunum collem inminentem capiti suo non ante viderit
6 quam captum a nobis; nos tam paucos tot ipse milibus hominum nec ascensu arcuerit, nec tenentes locum, cum diei tantum superesset, vallo circumdederit. quem videntem ac vigilantem sic
7 eluseritis, sopitum oportet fallatis, immo necesse est. in eo enim loco res sunt nostrae, ut vobis ego magis necessitatis vestrae in-
8 dex quam consilii auctor sim. neque enim, maneatis an abeatis hinc, deliberari potest, cum praeter arma et animos armorum memores nihil vobis fortuna reliqui fecerit, fameque et siti moriendum sit, si plus, quam viros ac Romanos decet, ferrum timea-
9 mus. ergo una est salus erumpere hinc atque abire. id aut interdiu aut nocte faciamus oportet. ecce autem aliud minus du-

72, 1, nämlich beim Kommen; das Blasen mit der bucina konnte den Feinden, die als bekannt mit dem römischen Kriegswesen gedacht werden, s. 27, 47, 5, nicht auffallen. — *militari ads.*, durch Geschrei, s. c. 33, 4; 37, 3 u. a. — *quibus* n. *vestrum*, s. 4, 4, 7. — *pars m.*, 9, 64, 7. — *eo* Attraction st. *eius*.

4—6. *veniendo* etc., in der nur zum Schmucke eingefügten Rede herrscht die Anapher vor. — *ipsos*, im Gegensatze zu *exercitum*, s. 2, 9, 5; 33, 17, 10: *armis magis muros quam se ipsos moenibus tutari.* — *digni estis* n. *qui vos servetis*, dazu giebt *qui—egueritis* den Grund an, nicht, wie gewöhnlich, s. c. 36, 6, das, dessen sie würdig sind, vgl. Curt. 3, 32, 24: *mereris, ut —, et, ut video, dignus es, qui tantum regem — superaveris*; über den absoluten Gebrauch von *dignus* s. 3, 35, 2; 21, 48, 6 u. a. — *cum eo* etc., ihr könnt euch retten. — *non anteq.*, s. 23, 30, 4. — *tot—milib.*, er selbst mit so vielen, da so viele sind, od.: durch so v., vgl. 8, 2, 5; 10, 5, 4: *Etrusci—omnibus copiis aderant*, 5, 53, 6. — *oportet—necesse est*, 22, 60, 26.

8—12. *reliqui*, obgleich objective Bestimmung von *fecerit* ist von *nihil* angezogen in attributive Verbindung mit diesem getreten, als ob es nicht zum verb. finit. gehörte, vgl. 22, 40, 8; 26, 35, 5. — *viros a. R.*, c. 13, 9. — *una e. s.*, Gell. 1. l.: *alia nisi haec salutis via nulla est*: es giebt nur eine Rettung, nämlich; vgl. 21, 19, 9. — *ecce* führt den

Digitized by Google

bium: quippe si lux expectetur, quae spes est non vallo perpetuo fossaque nos saepturum hostem, qui nunc corporibus suis subiectis undique cinxerit, ut videtis, collem? atqui si nox opportuna est eruptioni, sicut est, haec profecto noctis aptissima hora est. signo secundae vigiliae convenistis, quod tempus mortales 11
somno altissimo premit; per corpora sopita vadetis vel silentio incautos fallentes vel sentientibus clamore subito pavorem iniecturi. me modo sequimini, quem secuti estis; ego eandem, quae 12
duxit huc, sequar fortunam. quibus haec salutaria videntur, agitedum in dextram partem pedibus transite." Omnes transierunt, **36**
vadentemque per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt. iam evaserant media castra, cum superscandens vigilum strata 2
somno corpora miles offenso scuto praebuit sonitum; quo excitatus vigil cum proximum movisset, erectique alios concitarent, ignari, cives an hostes essent, praesidium erumperet an consul castra cepisset, Decius, quoniam non fallerent, clamorem tollere 3
iussis militibus torpidos somno insuper pavore exanimat, quo praepediti nec arma inpigre capere nec obsistere nec insequi poterant. inter trepidationem tumultumque Samnitium praesidium 4
Romanum obviis custodibus caesis ad castra consulis pervadit.

neuen Punct als etwas Ueberraschendes, der Aufmerksamkeit Würdiges ein, Cic. Fin. 1, 18, 61 u. a.; *autem* wie sonst *iam vero*, im Folg. *atqui*, s. 6, 37, 2, dient zur Weiterführung der Schlussfolgerung. — *aliud*, etwas Anderes, ein Zweites, s. 1, 21, 6. — *subiect.*, am Fusse des Hügels, c. 34, 3: *vallem. — undique*, c. 36, 1. — *signo s. v.*, nach Mitternacht, vgl. Sil. Ital. 7, 154: *mediam somni cum bucina noctem divideret; iamque excubias sortitus iniquas Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete. — somno*, vgl. c. 30, 12. — *sequar f.*, s. 22, 27, 4. — *in — transite*, ähnlich wie im Senate, s. Becker 2, 2, 439.

36. 1—4. *intermissa c. l.*, vgl. 5, 46, 9; bei L. mehrfach, s. 24, 35, 8; 23, 17, 5; 34, 37, 8, sonst selten, statt *locis ubi — intermissae c. erant*; die Wachen bilden nicht eine vollständige Kette um den Hügel, sondern die Feinde lagern in einzelnen, nach § 10 *castellatim* vertheilten, Truppen; zwischen diesen sind nicht überall Wachposten aufgestellt (*custodiae*), welche L. von den regelmässigen Nachtwachen § 2 *vigilum* zu unterscheiden scheint; wenn er nicht die letzteren an anderen Stellen (*media castra*) aufgestellt denkt. — *evaserant* etc., bis in die Mitte des Lagers nach dem Freien zu. Unter *castra* ist nicht das c. 34, 3 erwähnte zu verstehen, sondern die am Fusse des Hügels lagernden Truppen. — *offenso sc.*, dadurch dass er mit seinem Schilde (an den daliegenden Wächter) anstiess, Sall. I. 94, 1: *scuta — offensa quo levius streperent.* — *praebuit*, erregte 25, 26, 5 u. a. — *excitatus*, vom Aufwecken aus dem Schlafe; 5, 47, 4: *excitus.* — *cives a. h.* entgegengestellt wie 21, 12, 1 u. a. — *exanimat*, vgl. 21, 39, 5: *iunxisset.* — *ad castra*, § 7, das nicht weit von dem Engpasse zu denken ist.

Digitized by Google

5 Aliquantum supererat noctis iamque in tuto videbantur esse,
cum Decius „macte virtute“ inquit, „milites Romani, este: ve-
6 strum iter ac reditum omnia saecula laudibus ferent; sed ad con-
spiciendam tantam virtutem luce ac die opus est, nec vos digni
estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silentium ac nox
7 tegat. hic lucem quieti opperiemur.“ dictis obtemperatum. at-
que ubi primum inluxit, praemisso nuntio ad consulem in castra
ingenti gaudio concitantur, et tessera data incolumes reverti, qui
sua corpora pro salute omnium haud dubio periculo obiecissent,
pro se quisque obviam effusi laudant, gratulantur, singulos uni-
versosque servatores suos vocant, diis laudes gratesque agunt,
8 Decium in caelum ferunt. hic Decii castrensis triumphus fuit in-
cedentis per media castra cum armato praesidio coniectis in eum
omnium oculis et omni honore tribunum consuli aequantibus.
9 ubi ad praetorium ventum est, consul classico ad contionem
convocat, orsusque meritas Decii laudes interfante ipso Decio
10 distulit contionem, qui auctor omnia posthabendi, dum occasio
in manibus esset, perpulit consulem, ut hostes et nocturno pa-
vore attonitos et circa collem castellatim dissipatos adgrederetur:
credere etiam aliquos ad se sequendum emissos per saltum va-
11 gari. iussae legiones arma capere, egressaeque castris, cum per
exploratores notior iam saltus esset, via patentiore ad hostem
12 ducuntur; quem incautum inproviso adortae, cum palati passim
Samnitium milites plerique inermes nec coire in unum nec arma

5—8. *macte*, 2, 12, 14. — *luce ac d.*, hendiadyoin, wie im Folg. *silentium ac nox*. — *ad conspic.* = *ut conspiciatur*. — *ad cons. i. e.*, s. 45, 6, 12: *in castra ad consulem misit*, vgl. 5, 47, 7. — *concitantur*, die Soldaten im Lager. Gron. tilgt *in* vor *castra*, s. 1, 60, 2. — *tessera d.*, c. 35, 1. — *laudes gr.*, wird von L. oft mit *agere* verbunden, wenn der Dank gegen die Götter bezeichnet werden soll, s. 5, 23, 3; 26, 48, 3 u. a., selten braucht er in diesem Falle *gratias agere*, s. 45, 2, 6, vgl. 6, 6, 6. — *castrensis tr.*, er zog gleichsam triumphirend im Lager ein, in Bezug auf c. 38, 3. — *conieclis* etc. 21, 1, 5. — *aequant.*, 10, 30, 9.

9—10. *classico* etc. Veget. 2, 22: *classicum appellatur, quod bucinatores per cornu dicunt*, s. Lange 1, 414. — *ad cont. v.*, ohne Object., s. 26, 48, 13; 8, 32, 1: *classico ad contionem advocavit*; 4, 1, 6; 9, 2, 15. — *interfante*, 1, 28, 10. — *qui* ist auf das grammatisch untergeordnete aber die Hauptperson bezeichnende *Decio* bezogen, 4, 58, 4. — *castellatim* kann, weil eigentliche Kastelle, s. 5, 5, 5, nicht vorhanden waren, vgl. c. 34, 13, nur v. einzelnen zerstreuten Haufen, Posten verstanden werden. Da jedoch das Wort in ähnlicher Bedeutung nur noch Plin. N. H. 19, 6, 112: *alium — castellatim grumulis imponi* etc. vorkommt, so wird *catervatim*, s. 44, 41, 8, vermuthet.

Digitized by Google

capere nec recipere intra vallum se possent, paventem primum in castra compellunt, deinde castra ipsa turbatis stationibus capiunt. perfertur circa collem clamor fugatque ex suis quemque praesidiis, ita magna pars absenti hosti cessit; quos intra vallum egerat pavor — fuere autem ad triginta milia — omnes caesi, castra direpta. Ita rebus gestis consul advocata contione P. Decii non coeptas solum ante sed cumulatas nova virtute laudes peragit, et praeter militaria alia dona aurea corona eum et centum bubus eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat. milites, qui in praesidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in praesentia [singulis] bubus privis binisque tunicis donati. secundum consulis donationem legiones gramineam cororam obsidialem, clamore donum adprobantes, Decio inponunt. altera corona, eiusdem honoris index, a praesidio suo inposita est. his decoratus insignibus bovem eximium Marti immolavit, centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant. isdem militibus legiones libras farris et sextarios vini contulerunt;

12—13. *vallum* dann *castra* ist das Lager auf den Bergen, c. 34, 1. — *circa c.*, nach den Bergen auf beiden Seiten des Hügels, c. 34, 3. — *absenti*, sie glaubten das Geschrei von der Seite zu vernehmen, wo sie standen, und dass daher der Feind komme.

37. 1. *aurea c.*, 3, 29, 3; 7, 10, 14 u. a. — *centum*, vgl. 26, 48, 14; 28, 38, 8; Plin. 22, 5, 9: *bovem album — et centum fulvos.* — *eximio*, s. 1, 7, 12. — *albo*, der Stier war zum Opfer für die oberen Götter bestimmt. — *opimo* tritt als besonderes Merkmal noch zu dem zusammengesetzten Begriffe *eximio — albo*, ebenso in anderer Form *auratis corn.*, vgl. 25, 12, 13; 4, 16, 2.

2—3. *duplici* etc., 2, 59, 11; aus diesen Worten und § 3, vgl. 8, 2, 4; 9, 41, 5 u. a., lässt sich schliessen, dass schon damals die Lebensmittel den Soldaten vom Staate geliefert wurden, Caes. B. C. 3, 53, 6. — *privis*, Paul. Diac. p. 226: *privos— antiqui dicebant pro singulis.* — *hinc et privilegium et privatus.* L. braucht das mehr bei älteren Schriftstellern gewöhnliche Wort nur noch in einem Senatsconsulte nach älteren Quellen, 30, 43, 9. Wahrscheinlich ist *singulis* Glossem desselben; andere halten *privis* oder *binisque* für unächt, vgl. 9, 41, 7. — *gramineam*, s. Preller Mythol. S. 309 f. — *obsidialem*, diese Form haben die Hdss. statt der gewöhnlichen *obsidionalem*, sie ist von *obsidium* gebildet. Ueber die Sache s. Festus p. 190: *obsidionalis corona est, quae datur imperatori ei, qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos; ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi.* — *Quae corona magnae auctoritatis fuit; nam P. Decio datae duae sunt: una ab exercitu universo, altera ab his qui fuerunt in praesidio obsessi*; Marq. 3, 2, 442. — *clamore*, c. 35, 2. — *secum — fuerunt*, s. zu 2, 55, 6; 8, 35, 1; 24, 33, 6; vorher ist *suo* auf den wieder zu denkenden Dativ bezogen. — *don. ded.*, vgl. Plin. l. l. — *libras f.*, 4, 15, 6; *sextar. v.*, 5,

Digitized by Google

omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium adsensus, gerebantur.

4 Tertia pugna ad Suessulam commissa est, qua fugatus a M. Valerio Samnitium exercitus omni robore iuventutis domo accito 5 certamine ultimo fortunam experiri statuit. ab Suessula nuntii trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium consulem opem 6 oratum veniunt. confestim signa mota, relictisque inpedimentis *et* castrorum valido praesidio raptim agitur agmen; nec procul ab hoste locum perexiguum, ut quibus praeter equos ceterorum iu- 7 mentorum calonumque turba abesset, castris cepit. Samnitium exercitus, velut haud ulla mora pugnae futura esset, aciem instruit; deinde, postquam nemo obvius ibat, infestis signis ad ca- 8 stra hostium succedit. ibi ut militem in vallo vidit, missique ab omni parte exploratum, quam in exiguum orbem contracta ca- 9 stra essent, paucitatem inde hostium colligentes, rettulerunt, fremere omnis acies conplendas esse fossas scindendumque vallum et in castra inrumpendum; transactumque ea temeritate bellum 10 foret, ni duces continuissent impetum militum. ceterum, quia multitudo sua commeatibus gravis, et prius sedendo ad Suessulam et tum certaminis mora, haud procul ab rerum omnium inopia esset, placuit, dum inclusus paveret hostis, frumentatum per agros 11 militem duci: interim et Romano, qui expeditus quantum ume-

47, 8. — *indicem*, § 2; 9, 23, 14.

4—6. *Suessul.* zwischen Nola u. Capua am Eingang in die Caudinischen Pässe. — *qua — certam. ult.*, vgl. 34, 17, 3: *proelium nullius ferme certaminis fuit*; 21, 60, 7 u. a.; 31, 43, 2: *aequa pugna iusto proelio*; die Häufung der Ablative wie c. 7, 8; 32, 1; 37, 19, 7 u. a. — *Valerium*, L. scheint ihn noch in seiner Stellung am Gaurus zu denken. — *inpedimentis* etc., da die Abziehenden ein Lager aufschlagen, also das dazu nöthige Gepäck mit sich nehmen, und überhaupt nicht deutlich ist, was die *inpedimenta castrorum* seien, so ist wol *et* oder *ac*, nach Madvig *cum* ausgefallen. — *raptim ag.*, 6, 28, 2. — *procul ab*, L. braucht *procul* sowol in räumlichen, s. 27, 1, 3, als in anderen Verhältnissen bald mit bald ohne *ab*, vgl. § 10; c. 5, 9; 14, 5; 39, 12 u. a. — *ceterorum*, wenn L. die Pferde nicht zu den *iumenta* rechnet, s. Caes. B. C. 3, 49, muss *ceteror.* wie 10, 8, 4 genommen werden.

8—10. *ab o. parte* gehört zu *rettulerunt*, zu *missi* kann daraus genommen werden: *in omnes partes. — quam in*, c. 2, 13: *quam ab*; Cic. Fin. 5, 9, 26: *quam in optimo—statu*, c. 8, 4. — *colligentes*, indem sie daraus schlossen, und diese ihre Ansicht zugleich mittheilten. — *scindend. vall.*, 4, 29, 3; Caes. B. G. 3, 5, vgl. Tac. Ann. 1, 50. — *commeat. grav.*, lästig für den Unterhalt, den herbeizuschaffen schwer war, da man bereits Alles aufgezehrt hatte. — *sedendo*, 2, 12, 1.

11—13. *umeris* etc., Marius machte die Einrichtung, dass die Soldaten das Gepäck an einer Stange auf der Schulter trugen; zur Sache vgl.

Digitized by Google

ris inter arma geri posset frumenti secum attulisset, defutura omnia. consul palatos per agros cum vidisset hostes, stationes 12
infrequentes relictas, paucis milites adhortatus ad castra oppugnanda ducit. quae cum primo clamore atque impetu cepisset 13
pluribus hostium in tentoriis suis quam in portis valloque caesis, signa captiva in unum locum conferri iussit, relictisque duabus legionibus custodiae et praesidii causa gravi edicto monitis, ut, donec ipse revertisset, praeda abstinerent, profectus agmine in- 14
structo, cum praemissus eques velut indagine dissipatos Samnites ageret, caedem ingentem fecit. nam neque, quo signo coirent 15
inter se, neque, utrum castra peterent an longiorem intenderent fugam, territis constare poterat; tantumque fugae ac formidinis 16
fuit, ut ad quadraginta milia scutorum, nequaquam tot caesis, et signa militaria cum iis, quae in castris capta erant, ad centum septuaginta ad consulem deferrentur. tum in castris hostium re- 17
ditum, ibique omnis praeda militi data.

Huius certaminis fortuna et Faliscos, cum in indutiis essent, **38**
foedus petere ab senatu coegit et Latinos iam exercitibus conparatis ab Romano in Paelignum vertit bellum. neque ita rei 2

9, 13; 9. — *in un. l. conf.*, hier ohne Rücksicht auf den Angriff, vgl. zu c. 34, 13. — *duabus leg.* gehört, wenn es richtig ist (es wird *ex duab.* od. *duab. cohortibus* od. *duobus milibus* vermuthet) vielleicht wie § 11 zu den Uebertreibungen, die L. selbst oft tadelt, s. 3, 5, 12; 26, 49, 3; 30, 19, 11 u. a. Denn ein Grund, eine so starke Besatzung des kleinen Lagers zurückzulassen, lag nicht vor; ferner müsste Valerius, da schon in dem früheren Lager eine starke Besatzung geblieben ist, wenn jetzt noch zwei Legionen zurückgelassen werden, ein Heer von 5—6 Legionen gehabt haben, was kaum glaublich ist, s. Nieb. 1, 432. — *edicto* s. 5, 20, 10.

14—16. *velut. ind.* gehört zu *ageret*, welches auch sonst von Feinden gebraucht wird, die wie Thiere getrieben werden, s. 1, 12, 8; 2, 47, 2 u. a. An. u. St. bezeichnet *indago* nicht die zur Umzingelung Aufgestellten, und an ihrer Stelle Bleibenden, sondern die Reiter jagen wie die Treiber bei einem Treibjagen die Feinde, sie umzingelnd, dem agmen instructum entgegen, vgl. Caes. B. G. 8, 18; Tac. Agr. 37. — *quo signo*, c. 34, 13; 24, 8. — *quadrag. m.* gehört wahrscheinlich derselben Quelle an, wie § 13: *duab. leg.* u. c. 36, 13: *triginta m.* — *tot* n. *hostibus*.

38. 1—3. *in indutiis*, c. 22, 5. — *foedus*, vgl. 5, 27, 15. — *ab Roman.* etc., nach c. 25, 5; 28, 2; 42, 8 muss es auffallen, dass die Latiner nicht Rom angreifen und sich nicht mit den Feinden desselben verbinden, vgl. 8, 2, 8. — *Paelign.*, ein sabellischer Volksstamm östlich vom Aequergebiete, am Majellagebirge. Der Zug der Latiner gegen denselben, vgl. 8, 4, 8, ib. 2, 6; Nieb. 3, 145, ist schwer zu erklären; auch ist nicht klar, ob die Päligner schon jetzt, wie nach L's Darstellung 8, 6, 8, Freunde der Römer sind. — *ita*, durch die Trennung von *gestae*

Digitized by Google

gestae fama Italiae se finibus tenuit, sed Carthaginienses quoque legatos gratulatum Romam misere cum coronae aureae dono, quae in Capitolio in Iovis cella poneretur. fuit pondo viginti quin-
3 que. consules ambo de Samnitibus triumpharunt sequente Decio insigni cum laude donisque, cum incondito militari ioco haud minus tribuni celebre nomen quam consulum esset.
4 Campanorum deinde Suessanorumque auditae legationes; precantibusque datum, ut praesidium eo in hiberna mitteretur,
5 quo Samnitium excursiones arcerentur. iam tum minime salubris militari disciplinae Capua instrumento omnium voluptatium delenitos militum animos avertit a memoria patriae, inibanturque consilia in hibernis eodem scelere adimendae Campanis Ca-
6 puae, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent: neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos versurum. cur autem potius Campani agrum Italiae uberrimum, dignam agro urbem, qui nec se nec sua tutari possent, quam victor exercitus haberet,
7 qui suo sudore ac sanguine inde Samnites depulisset? an aequum

gehoben, s. 10, 31, 1. — *Carthag.* — *poner.*, wie es auch sonst oft von Bundesgenossen geschehen ist, s. 2, 22; 3, 57 u. a. Ob jetzt wieder ein Bündniss zwischen Rom und Carthago geschlossen worden ist, wie man angenommen hat, lässt sich, da L. nur das Weihgeschenk erwähnt und eine andere Andeutung eines Vertrags sich nicht findet, nicht mit Sicherheit bestimmen, s. c. 27, 2; 9, 43, 26. — *vig. q.*, s. 4, 20; 3, 57. — *triumph.*, nach den Triumphalfasten *M. Valerius — an. CDX de Samnitibus X. K. Oct., A. Cornelius an. CDX de Samnitibus VIII K.* Oct., was einen anderen Anfang des Magistratsjahres als 8, 20, 3 voraussetzt, s. 7, 25, 1. — *insigni* c. *l. d.*, s. 3, 12, 1; 7, 36, 6 u. a.

38, 4—42. Empörung des Heeres in Campanien. Gesetze in Folge derselben, s. Appian Samn. 1; Zon. 7, 25; Aurel. Vict. c. 29.

4. *Campanor.*—*leg.*, nach der deditio c. 31, 4 sollte man diese nicht erwarten. — *Suessanor.*, wenn es richtig ist (Andere lesen *Suessulanorum*), die Bewohner von Suessa Aurunca, s. 8, 15, so dass die Aurunker die Hülfe der Römer in Anspruch genommen hätten, obgleich vor Kurzem noch Feinde derselben, s. c. 28, 1. Sie hatten wol ebenso die Einfälle der Samniten zu fürchten, wie die Campaner; nur diese unmittelbar aus der Nähe, jene durch das Liristhal. — *in hib.*, das erste Beispiel, dass das Heer in Städte während des Winters vertheilt wird, s. 4, 58, hier jedoch um dieselben zu schützen.

5—7. *iam tum*, in Bezug auf 23, 18. — *Campanis*, die Bewohner von Capua, genau genommen nur ein Theil derselben, die samnitischen Eroberer, s. 4, 37; 28, 28, 6: *Campani Capuam Tuscis veteribus cultoribus ademptam* etc. Vorher § 4 sind die Bewohner Campaniens gemeint, s. § 10; c. 39, 4. — *cur a.* — *haber.*, schon in orat. recta würde der Conjunct. stehen: *cur — habeat*, als Frage des Unwillens: ob es andererseits einen Grund gebe, warum sie—sollten; dagegen ist *an aeq. esse* rhetorischer Ausdruck für

Digitized by Google

esse, dediticios suos illa fertilitate atque amoenitate perfrui, se militando fessos in pestilenti atque arido circa urbem solo luctari aut in urbe insidentem tabem crescentis in dies fenoris pati? haec agitata occultis coniurationibus necdum vulgata in omnes 8 consilia invenit novus consul C. Marcius Rutilus, cui Campania sorte provincia evenerat, Q. Servilio collega ad urbem relicto. itaque cum omnia ea sicut gesta erant per tribunos conperta ha- 9 beret, et aetate et usu doctus, quippe qui iam quartum consul esset dictatorque et censor fuisset, optimum ratus differendo spem, quandocumque vellent, consilii exsequendi militarem impetum frustrari, rumorem dissipat in isdem oppidis et anno post praesidia hibernatura: divisa enim erant per Campaniae urbes, ma- 10 naverantque a Capua consilia in exercitum omnem. eo laxamento cogitationibus dato quievit in praesentia seditio.

Consul educto in aestiva milite, dum quietos Samnites ha- 39 bebat, exercitum purgare missionibus turbulentorum hominum instituit, aliis emerita dicendo stipendia esse, alios graves iam aetate aut viribus parum validos; quidam in commeatus mittebantur, singuli primo, deinde et cohortes quaedam, quia procul ab 2 domo ac rebus suis hibernassent; per speciem etiam militarium usuum, cum alii alio mitterentur, magna pars ablegati. quam 3 multitudinem consul alter Romae praetorque alias ex aliis fin-

non aequum est. — *tabem*, s. c. 22, 5; 2, 23, 6. Weit stärker wird dieser Punkt von Appian hervorgehoben, vgl. c. 39, 8; 42, 1. Viele hatten wol in Rom Schuldknechtschaft zu erwarten, da der Krieg ausser den persönlichen Diensten auch Steuern nöthig machte, s. c. 42, 3 ff.

8—10. *invenit* etc., er müsste also erst nach dem Beginne des Winters zu dem Heere gekommen sein, vgl. § 3, c. 25, 1. — *Marcius*, c. 28. — *Servil.*, c. 22. — *hab. et aetate*, die Hss. haben die ungewöhnliche Wortstellung *et aet. haber.*, s. c. 10, 13; praef. 10. — *differ. sp.*, bewirkte, dass sie die Hoffnung ihren Plan auszuführen, für jetzt aufgaben. — *per C. urb.*, wie Cumae 4, 44; Atella, Acerrae, 8, 14; 17 u. a., s. c. 39, 4, es ist also ganz Campanien militärisch besetzt, und das Heer oder ein grosser Theil desselben ungeachtet der Triumphe dort zurückgelassen.

39. 1—2. *aestiva*, s. c. 38, 4. — *quietos—hab.* stellt die Ruhe als eine dauernde, von dem Consul erhaltene und benutzte dar, vgl. 9, 20, 2; ib. 21, 4, s. zu c. 32, 9. Warum die Samniten die Empörung des röm. Heeres nicht benutzen geht aus L's Darstellung nicht hervor, vgl. c. 42, 3; Nieb. R. G. 3, 73 ff. — *missionib.* umfasst alle im Folg. aufgezählten Arten, zuerst in *aliis — esse* die *honesta*, in *alios—validos* die *causaria missio*, dann die Absendung für bestimmte Zwecke, 33, 29, 2. *emerita stipend.*, c. 38, 7: *fessos*, 3, 57, 9. *graves ae.*, vgl. Horat. Sat. 1, 1, 4: *gravis annis miles.* — *cohortes*, diese gab es damals im späteren Sinne nicht, 3, 69, 8. — *ablegati*, 2, 14, 8.

Digitized by Google

4 gendo moras retinebat. et primo quidem ignari ludificationis minime inviti domos revisebant; postquam neque reverti ad signa primos, nec ferme alium quam qui in Campania hibernassent, praecipueque ex his seditionis auctores mitti viderunt, primum admiratio, deinde haud dubius timor incessit animos con-
5 silia sua emanasse: iam quaestiones, iam indicia, iam occulta singulorum supplicia inpotensque et crudele consulum ac patrum
6 in se regnum passuros. haec qui in castris erant occultis sermonibus serunt, nervos coniurationis exsectos arte consulis cer-
7 nentes. cohors una cum haud procul Anxure esset, ad Lautulas saltu angusto inter mare ac montis consedit ad excipiendos, quos
8 consul aliis atque aliis, ut ante dictum est, causis mittebat. iam valida admodum numero manus erat, nec quicquam ad iusti exercitus formam praeter ducem deerat. inconpositi itaque praedantes in agrum Albanum perveniunt, et sub iugo Albae longae
9 castra vallo cingunt. perfecto inde opere reliquum diei de imperatore sumendo sententiis decertant, nulli ex praesentibus satis
10 fidentes: quem autem ab Roma posse exciri? quem patrum aut plebis esse, qui aut se tanto periculo sciens offerat, aut cui ex

4—5. *revisebant* hat ein anderes Subject als *viderunt*. — *in Camp.*, nicht in Suessa und anderen aurunkischen Städten. — *h. d. timor* etc., Besorgnissderen Object nicht zu bezweifeln ist. — *eman.*, s. 8, 3, 3. — *sua* auf die bei *animos* zu denkenden Personen zu beziehen. — *quaestiones*, ausserordentliche Gerichte, 4, 50, 7. *indicia*, von denen, die nur von der Sache gehört hatten, oder von Mischuldigen, wenn ihnen Straflosigkeit zugesichert wurde, Sall. Cat. 47. — *occulta*, wie 4, 51, 3. — *inpotens*, 3, 36, 2. — *patrum*, vgl. c. 40, 7: *crudele senatus consultum*; sie fürchten die ganze Sache werde dem Volke entzogen, nur von dem Senate und den Consuln entschieden werden.

6—7. *exsectos* scheint *arte* und *cernentes* mehr zu entsprechen als das hds. *eiectos*, s. Cic. Sest. 65, 135: *ii medentur rei publicae, qui exsecant pestem*; Cluent. 66, 187; Andere vermuthen *electos* = ausgerupft, vgl. Cic. leg. agr. 2, 33, 91; Tusc. 3, 34; 83; Div. 2, 72, 149. — *Anxure*, 4, 59. — *Lautul.*, s. 9, 23, 4, ein Volskischer Flecken zwischen Terracina und Fundi. — *saltu ang.*, es ist die Verbindungsstrasse zwischen Latium und Campanien, s. 22, 15, 11; Nieb. 1, 433. — *cohors — consedit*, diese müsste zuerst weggeschickt sein, und der Consul nichts von der Anhäufung der Empörer in seiner Nähe gehört haben.

8—10. *valid. adm.*, vgl. App. l. l. *καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἔργων ἐν τοῖς ἀγροῖς δεδεμένους* (Schuldgefangene, welche das Land ihrer Gläubiger bebauen) *ἐλύσαντες, καὶ ὁπλίσαντες — ἤλαυνον ἐς Ῥώμην ὁμοῦ δισμύριοι γεγονότες.* — *incomp. i. pr.* = *dum praedantur incompositi, perveniunt*, 3, 26, 9. — *ex praes.*, s. 9, 36, 2; Tac. H. 2, 65; vgl. 24, 23, 5. — *quem aut.*, davor ist zu denken: es müsse also ein anderer gesucht werden: wer aber nun u. s. w., s. c. 38, 6. — *plebis*, angesehene Plebejer. — *qui aut—aut cui*, 2, 27, 2. — *ex iniur.*, in Folge u. s. w.,

Digitized by Google

iniuria insanientis exercitus causa recte committatur? postero die cum eadem deliberatio teneret, ex praedatoribus vagis quidam conpertum attulerunt T. Quinctium in Tusculano agrum colere, urbis honorumque inmemorem. patriciae hic vir gentis erat, cui cum militiae magna cum gloria actae finem pes alter ex vulnere claudus fecisset, ruri agere vitam procul ambitione ac foro constituit. nomine audito extemplo agnovere virum et, quod bene verteret, acciri iusserunt. sed parum spei erat voluntate quicquam facturum; vim adhiberi ac metum placuit. itaque silentio noctis cum tectum villae qui ad id missi erant intrassent, somno gravem Quinctium oppressum, nihil medium, aut imperium atque honorem, aut ubi restitaret, mortem, ni sequeretur, denuntiantes, in castra pertraxerunt. imperator extemplo adveniens appellatus, insigniaque honoris exterrito subitae rei miraculo deferunt, et ad urbem ducere iubent. suo magis inde impetu quam consilio ducis convulsis signis infesto agmine ad lapidem octavum viae, quae nunc Appia est, perveniunt; issentque confestim ad urbem, ni venire contra exercitum dictatoremque adversus se M. Valerium Corvum dictum audissent et magistrum equitum L. Aemilium Mamercum.

Ubi primum in conspectum ventum est, *et* arma signaque agnovere, extemplo omnibus memoria patriae iras permulsit.

vgl. 45, 44, 11, ist, da nach der Darstellung L's das Heer ein Unrecht nicht erlitten hat, viell. auf die drükkende Schuldenlast zu beziehen, welche c. 38 als die Ursache der Empörung bezeichnet wird, vgl. c. 41, 1: *miserorum*, Appian: δάχρια τῶν φυλάκων ἦν — τὴν αἰτίαν ἐς τὰ χρέα φερόντων τὰ ἐν Ῥώμῃ. — *insanientis*, zur Empörung getrieben, c. 42, 3. — *eadem* = *de eadem re*. — *teneret*, 2, 3, 5. — *Quinctium*, welcher oder ob einer der sonst erwähnten Quinctii, s. 6, 42; 7, 9; 18; 22, gemeint sei, lässt sich nicht bestimmen. — *patric. g.*, 6, 11, 2 — *Tusculano*, das Gebiet wird, wie es scheint, als römisches betrachtet, s. 6, 26.

13—17. *agnovere*, vgl. 6, 7, 5. — *gravem s.* bezieht sich nur auf *oppressum*: nachdem sie ihn im Schlafe überfallen haben, ziehen sie ihn fort, vgl. 9, 37, 9; 25, 24, 2. — *nihil med.*, 2, 49, 5. — *ubi restit.*, so oft er sich zu widersetzen versuchte, s. 35, 28, 2, drohten sie ihm, wenn er nicht — mit dem Tode, nach Madvig; Grnov. verm. um Gleichheit der Glieder zu gewinnen: *honorem si sequeretur, aut u. r. mortem denuntiantes*. — *imperator*, sie begrüssen ihn sogleich als *imperator*, während sonst die Soldaten einem schon von dem Volke mit dem *imperium* bekleideten Feldherrn erst nach einem Siege den Ehrentitel *imperator* beilegen. — *extemplo* scheint der Stellung nach zu *adveniens* zu gehören, s. zu 1, 26, 3; 35, 35, 7, obgleich es auch zu *appellatus* genommen werden könnte. — *insign.*, 28, 24, 14. — *mirac.*, 1, 59, 2. — *lap. octav.*, 2, 11, 7. *contra*, Adverb., Cic. Verr. 2, 43, 107: *contra venit*. — *exerc.*, ein neues, in Rom ausgehobenes.

Digitized by Google

2 nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem, nec praeter externa noverant bella, ultimaque rabies secessio ab suis habebatur: itaque iam duces, iam milites utrimque congressus quaerere ad 3 conloquia, Quinctius, quem armorum etiam pro patria satietas teneret, nedum adversus patriam, Corvinus, omnes caritate cives, praecipue milites et ante alios suum exercitum conplexus. *is* ad 4 conloquium processit. cognito ei extemplo haud minore ab adversariis verecundia quam ab suis silentium datum. „deos" inquit „inmortales, milites, vestros publicos meosque ab urbe proficiscens ita adoravi veniamque supplex poposci, ut mihi de vobis 5 concordiae partae gloriam, non victoriam darent. satis fuit eritque, unde belli decus pariatur: hinc pax petenda est. quod deos inmortales inter nuncupanda vota expoposci, eius me conpotem 6 voti vos facere potestis, si meminisse vultis, non vos in Samnio, nec in Volscis, sed in Romano solo castra habere, si illos colles, quos cernitis, patriae vestrae esse, si hunc exercitum civium vestrorum, si me consulem vestrum, cuius ductu auspicioque priore 7 anno bis legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis. ego sum M. Valerius Corvus, milites, cuius vos nobilitatem beneficiis erga vos non iniuriis sensistis, nullius superbae in vos legis, nullius crudelis senatus consulti auctor, in omnibus meis imperiis in me 8 severior quam in vos. ac si cui genus, si cui sua virtus, si cui etiam maiestas, si cui honores subdere spiritus potuerunt, is eram natus, id specimen mei dederam, ea aetate consulatum ad-

40. 1—3. *nond. t.*, n. als jetzt. — *fortes ad*, vgl. 9, 16, 14; 6, 18, 4: *inexpertes ad*; 21, 25, 6: *rudis ad*; 27, 11, 5; 31, 45, 1 u. o.; zu *fortes* s. Hor. Carm. 1, 37, 26. — *nec*, n. *bella*. — *etiam—nedum* schon — geschweige denn, d. h. noch vielmehr, 24, 40, 13; Tac. Dial. 25, 3: *etiam iisdem saeculis, nedum diversis*. — *Quinct.* etc., obgleich im Vorhergeh. auch *milites* erwähnt sind, so werden doch zunächst die Motive der Anführer angegeben, und das Folg. *is ad* etc. an den zuletzt erwähnten, Valerius, angeknüpft, um diesen als den eigentlichen Friedensstifter zu bezeichnen, der sogleich das ausführt, wozu er sich angetrieben fühlt, während Quinctius erst c. 41, 1 in die Mitte tritt, bis dahin unter den Seinen gestanden hat, s. § 15. — *Corv.*, c. 32, 15. — *is* ist wahrscheinlich ausgefallen.

4—6. *vestros p. m.*, die Staatsgötter, die euch und mir gemeinschaftlich sind, weniger passend: zu eueren Göttern, denen des Staates und den meinigen, vgl. 21, 63, 9: *profectus in Capitolium* etc.; 22, 1, 6. — *veniam*, s. 1, 31, 7; der doppelte Accus. bei *exposco* findet sich sonst nicht leicht, vgl. 2, 35, 5; 7, 32, 4. — *gloriam, — victoriam*, vgl. 9, 2, 15; 2, 29, 9. — *hinc*, n. *e civibus*. — *inter*, 6, 11, 5. — *in Volscis* etc. 9, 38, 7. — *colles*, 2, 40, 7. — *consulem* durch *priore anno* bestimmt, eben darnach ist auch § 16: *consul*, § 17: *suis militibus* zu verstehen.

8. *si cui g.*, c. 32, 13, den 3 Gliedern mit *si* entsprechen der Reihe nach die folgenden *is — eram*. — *is*

eptus eram, ut potuerim tris et viginti annos natus consul patri-
bus quoque ferox esse non solum plebi. quod meum factum di- 9
ctumve consulis gravius quam tribuni audistis? eodem tenore
duo insequentes consulatus gessi, eodem haec imperiosa dicta-
tura geretur; [ut] neque in hos meos et patriae meae milites mi-
tior quam in vos — horreo dicere — hostis ero, vos prius in 10
me strinxeritis ferrum quam in vos ego; istinc signa canent,
istinc clamor prius incipiet atque impetus, si dimicandum est.
inducite in animum, quod non induxerunt patres avique vestri, 11
non illi, qui in Sacrum montem secesserunt, non hi, qui postea
Aventinum insederunt. expectate, dum vobis singulis, ut olim 12
Coriolano, matres coniugesque crinibus passis obviae ab urbe
veniant! tum Volscorum legiones, quia Romanum habebant du-
cem, quieverunt: vos, Romanus exercitus, ne destiteritis inpio
bello! T. Quincti, quocumque istic loco seu volens seu invitus 13
constitisti, si dimicandum erit, tum tu in novissimos te recipito;
fugeris etiam honestius tergumque civi dederis quam pugnaveris
contra patriam: nunc ad pacificandum bene atque honeste inter 14

er., so darf ich sagen, dass u. s. w., s. c. 32, 16. — *is* = *iis*, Aeltern, Vorfahren, in Bezug auf *genus*. — *id spec.*, c. 26. — *tris et v.* etc. wiederholt bestimmter den in *ea aetate* angedeuteten Begriff. — *potuerim*, ohne *ut* hiesse es *potui*, vgl. 3, 29, 3. — *ferox* etc., im jugendlichen Uebermuthe entgegentreten.

9—12. *meum — consulis*, wenn ein Genitiv als Apposition zu einem Possessivpron. tritt, ist es gewöhnlich wieder ein Pronomen oder Zahlwort, selten ein Substantiv, vgl. c. 9, 8; c. 33, 10: *nostrum peditum*; 10, 16, 4; 8, 7, 7; Cic. Planc. 10, 26; Phil. 2, 43, 111: *tuum hominis simplicis*. — *quam trib.* — *tenore*, c. 32, 16; 22, 15, 1. — *imperiosa*, 3, 26, 12. — *ut*, wenn dieses richtig wäre, müsste *sit* (eine Hds. hat *mitior sim*) folgen; dagegen wird ein *gessi* oder *geretur* entsprechendes Verbum vermisst, da die Hdss. *hostis ergo* haben, so kann *ergo* verdorben, oder *erit*, wie es vorher *geretur* heisst, ausgefallen sein und *ergo* an den in *neque* etc. liegenden Gedanken, ich bin mild, freundlich gesinnt, nicht zum Kampf geneigt, sich anschliessen: also müsst ihr, wenn gekämpft werden soll (*si dimicandum est*), den Anfang machen. — *strinxeritis*: ihr müsst erst gezogen haben, bevor u. s. w., vgl. § 14: *fueris*, du wirst erlangen, dass du erscheinst, 8, 33, 8: *videro*; 28, 44, 18: *vicero*; im Folg. das einfache Futurum, s. 6, 41, 8. Die Worte sind kunstreich geordnet, *prius* chiastisch im dritten Gliede wiederholt, aber auch im zweiten zu denken, vgl. 4, 2, 1: *magis*, in der Mitte: *istinc — istinc* anaphorisch. — *Avent.*, 3, 50 f. — *expectate, dum*, 3, 11, 13. — *ne destit.* entspricht den Imperativen *inducite, expectate*, vgl. c. 34, 5, und ist eine ironische Aufforderung nicht abzulassen: steht ja nicht ab, ohne Ironie: *vobis igitur magis etiam magis absistendum est.*

13—14. *si — tum* = selbst wenn — doch. — *fugeris — dederis*, weil erst der vollendeten Handlung, vgl. 6, 14, 4, das Prädicat *honestius* d. h.

Digitized by Google

primos stabis, et conloquii huius salutaris interpres fueris. postulate aequa et ferte, quamquam vel iniquis standum est potius
15 quam inpias inter nos conseramus manus.“ T. Quinctius plenus lacrimarum ad suos versus „me quoque“ inquit, „milites, si quis usus mei est, meliorem pacis quam belli habetis ducem.
16 non enim illa modo Volscus aut Samnis, sed Romanus verba fecit, vester consul, vester imperator, milites, cuius auspicia pro
17 vobis experti nolite adversus vos velle experiri. qui pugnarent vobiscum infestius, et alios duces senatus habuit; qui maxime vobis, suis militibus, parceret, cui plurimum vos, imperatori vestro,
18 crederetis, eum elegit. pacem etiam qui vincere possunt volunt: quid nos velle oportet? quin omissis ira et spe, fallacibus auctoribus, nos ipsos nostraque omnia cognitae permittimus fidei?“

41 Adprobantibus clamore cunctis T. Quinctius ante signa progressus in potestate dictatoris milites fore dixit; oravit, ut causam miserorum civium susciperet, susceptamque eadem fide, qua
2 rem publicam administrare solitus esset, tueretur. sibi se privatim nihil cavere; nolle alibi quam in innocentia spem habere; militibus cavendum, quod apud patres semel plebi, iterum legioni-
3 bus cautum sit, ne fraudi secessio esset. Quinctio conlaudato ceteris bonum animum habere iussis dictator equo citato ad urbem revectus auctoribus patribus tulit ad populum in luco Petelino, ne cui militum fraudi secessio esset; oravit etiam bona venia

tibi erit honestius, s. 1, 13, 3: *melius*, beigelegt werden kann. — *interpres*, 2, 33, 11. — *et ferte*, und ihr sollt es erhalten, wie sonst das Futurum, 6, 18, 13; vgl. 34, 2, 13: *date frenos — et sperate*; Hor. Ep. 1, 18, 107: *sit mihi quod nunc est — et mihi vivam*. Andere erklären: und bietet an, s. 2, 13, 2. — *standum e.*, dabei stehen bleiben, sich begnügen, vgl. 3, 36, 8.

15—18. *usus m. e.*, 1, 56, 3. — *modo*, so eben, vgl. 22, 30, 3; ib. 29, 11 u. a. — *experti — experiri*, 5, 54, 6. — *nolite — velle*, Cic. Phil. 7, 8, 25: *nolite igitur id velle, quod fieri non potest*; Mur. 25, 50 u. a. — *plurimum*, adverbial, wie 33, 9, 3 u. a. — *quin*, 1, 45, 6. — *fallacibus a.*, s. Sall. I. 64, 5: *cupidine atque ira, pessumis consultoribus*; *auctor* ist als gen. commune zu nehmen.

41. 1—3. *ante* steht nicht oft bei Verben der Bewegung, s. 8, 10, 2; 26, 48, 10. — *progressus*, c. 40, 3. — *miseror. civ.*, Andeutung der Schuldenlast, c. 39, 8—10; Sall. C. 33, 5: *consulatis miseris civibus*, ib. 35, 3: — *sibi—cavere—cavend.*: er bedinge für sich keine Sicherstellung, Straflosigkeit; den Soldaten müsse verbürgt werden. — *innocent.*, s. 2, 3, 4. — *plebi*, 2, 33, 3 ist dieses nicht erwähnt; 3, 54, 14 wird es durch ein Plebiscit festgesetzt, daher ist *apud patres* zu nehmen: zur Zeit der Vorfahren, s. 4, 4, 3. — *ad pop.*, es sind wol die Centurien, nicht nach Nieb. 1, 437, Schwegler 3, 294 die Curien zu verstehen. — *luco Pet.*, 6, 20, 11. — *oravit bona v.*, sie möchten ihm die Bitte gestatten, s. 6, 40, 10; 29, 17,

Digitized by Google

Quirites, ne quis eam rem ioco seriove cuiquam exprobraret.
lex quoque sacrata militaris lata est, ne cuius militis scripti no- 4
men nisi ipso volente deleretur; additumque legi, ne quis, ubi
tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset. id pro- 5
pter P. Salonium postulatum est ab coniuratis, qui alternis prope
annis et tribunus militum et primus centurio erat, quem nunc
primi pili appellant. huic infensi milites erant, quod semper ad- 6
versatus novis consiliis fuisset, et, ne particeps eorum esset, [qui]
ab Lautulis fugisset. itaque cum hoc unum propter Salonium 7
ab senatu non impetraretur, tum Salonius obtestatus patres con-
scriptos, ne suum honorem pluris quam concordiam civitatis
aestimarent, perpulit, ut id quoque ferretur. aeque inpotens po- 8

6: *cum bona venia, quaeso, audiatis*; also kein Beschluss des Volkes. — *ioco*, adverbial.

4. *lex sacr.*, ein Plebiscit, dessen Uebertretung wahrscheinlich mit der sacratio capitis bedroht wird; das letzte der leges sacratae, s. 2, 8, 2; ib. 33; 3, 55; 10, 38. — *ne cuius* etc., es soll der Name keines Soldaten, der einmal in die Musterrolle eingeschrieben ist, ausser wenn er selbst es wünscht, aus derselben gestrichen werden, wie es wahrscheinlich bis jetzt die Feldherrn, deren *imperium* im Kriege unbeschränkt war, willkürlich gethan hatten. Die Forderung, dass in dieser Beziehung die Macht der Consuln beschränkt werden solle, hieng viell. damit zusammen, dass schon Proletarier in den Heeren dienten, s. c. 25, 8, die so ihren Erwerb, den Sold, gegen Willkür sicher stellen wollen; den Schutz gegen dieselbe suchte man in der Androhung der *sacratio capitis*. — *addit.*, es war ein Zusatzartikel zu dem Gesetze. — *ubi*, viell. ist mit Madvig *qui* zu lesen. — *ordin. duct.*, Centurio; s. 2, 55, 4; 42, 33, 3; nach dem Folg. ist besonders an den *primipilus* zu denken; Lange 2, 36 f.

5. *id propter* etc., der Grund und das ganze Verhältniss ist nicht klar, denn der Sinn der vorhergeh. Worte kann nur sein, dass der, welcher einmal den höheren Rang des trib. militum erlangt habe, nicht wieder den niederen des centurio einnehmen solle, dann aber sieht man nicht, wie sich die Soldaten dadurch an Salonius haben rächen können; dass L. meine, der gewesene Kriegstribun solle, wenn er diese Würde nicht wieder erlange, selbst als Gemeiner dienen, nicht als Centurio diese hart behandeln, ist sehr unwahrscheinlich: deshalb vermuthet Nieb. R. G. 3, 74 f., dass in Rücksicht auf Salonius ein Missverständniss obwalte, und dieser in seiner Würde als Tribun habe geschützt werden sollen. — *ab coni.*, sie sind die Fordernden, c. 18, 1. — *nunc*, L. selbst hat die Bezeichnung schon 2, 27; s. 8, 8, 7; 42, 32, 7; 44, 33, 7.

6—8. *fugisset* statt des hds. *fugissent* nach Gron., der auch *qui* für unächt hält. Vielleicht ist ein Satz ausgefallen, etwa *eorum esset, princeps eorum fuisset, qui—fugissent*. Nach Appian verlassen die Soldaten den Tribun. — *obtestatus pat. c.* etc, als ob er in dem Senate gewesen wäre; vgl. 5, 12, 11; Mommsen 1, 443. — *suum hon.*, er findet also in der Anordnung eine Schmach für sich. — *ferretur*, dass der Senat den Antrag gestattete. — *inpotens*,

Digitized by Google

stulatum fuit, ut de stipendio equitum — merebant autem triplex ea tempestate — aera demerentur, quod adversati coniurationi fuissent.

42 Praeter haec invenio apud quosdam L. Genucium tribunum
2 plebis tulisse ad plebem, ne fenerare liceret; item aliis plebi scitis cautum, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, neu duos magistratus uno anno gereret, utique liceret consules ambos plebeios creari. quae si omnia concessa sunt plebi,
3 apparet haud parvas vires defectionem habuisse. aliis annalibus proditum est neque dictatorem Valerium dictum, sed per consules omnem rem actam, neque antequam Romam veniretur, sed Romae eam multitudinem coniuratorum ad arma consternatam

anmassend, unverschämt. — *triplex*, s. 5, 12, 12. Ob sich die Forderung nur auf die *suis equis* dienenden Ritter bezog, und ob dieselbe durchgegangen sei, geht aus den Worten nicht hervor; aber später haben die Ritter noch den dreifachen Sold.

42. 1. *Ne — liceret*, die Gesetzgebung geht in gleichem Verhältnisse weiter: nachdem 10, dann 5 Procent bestimmt waren, c. 16; 27, wird jetzt das Ausleihen von Geld auf Zinsen ganz verboten; Tacit. Ann. 6, 16: *postremo vetita versura*; Appian B. C. 1, 54: *νόμου τινὸς παλαιοῦ διαγορεύοντος μὴ δανείζειν ἐπὶ τόκοις, ἢ ζημίαν τὸν οὕτω δανείσαντα προσοφλεῖν*. Dass überhaupt an Zinsen, nicht an Wucher zu denken sei, würde auch eine lex Marcia adversus feneratores: *ut si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum iis ageretur*, welche Gaius 4, 23 erwähnt, beweisen, wenn sie in dieses Jahr gehörte, s. Huschke das Nexum S. 121; 141; Lange 2, 33; 37. Später findet das Ausleihen auf Zinsen wieder statt, und das Nexum ist durch das erwähnte Gesetz nicht aufgehoben. Einen anderen Erfolg des Aufstandes hat L. übergangen; s. Aurel. Vict. 29: *hic* (Valerius) *cum ingens multitudo aere alieno oppressa Capuam occupare temptasset — sublato aere alieno seditionem oppressit*; Appian l. l.: *ἡ βουλὴ — τὰς τῶν χρεῶν ἀποκοπὰς ἐψηφίσατο πᾶσι Ῥωμαίοις*; Ihne 1, 291.

2. *ne quis* etc., s. 10, 13; Becker 2, 2, 29. — *neu duos*, es sind magistratus ordinarii gemeint; extraordinarii können mit ordinariis zugleich bekleidet werden, s. 8, 12, 2; 13; 23, 21, 6; ib. 24, 3; Cic. Legg. 3, 3, 8. — *utique* (*et ut*) etc., vgl. zu 6, 35, 5: *consulumque*. Das Gesetz ist noch lange nachher nicht in Anwendung gekommen, s. 23, 31; Becker 2, 2, 104; doch hat die Drohung bewirkt, dass das Licinische Gesetz seit dieser Zeit nicht wieder verletzt worden ist. Die drei Gesetze scheinen im Interesse der plebejischen Nobilität gegeben zu sein. — *quae si* etc., allerdings scheint die Bewegung weit bedeutender als sie L. darstellt, aber schon in den älteren Annalen so verschieden erzählt gewesen zu sein, s. § 7, dass sich der wahre Hergang nicht mehr erkennen lässt.

3—7. *sed Rom.*, eine secessio wegen der Schulden wie die erste, 2, 32, vgl. § 1. — *consternat.*, in heftiger Aufregung und Geistesverwirrung, wie sie sich auch bei Empörung und Aufruhr zeigt, c. 39, 10: *insanientis*; 8, 27, 9; vgl. 2, 40, 5: *amens consternatus*; 34, 3, 6. —

Digitized by Google

esse, nec in T. Quincti villam, sed in aedis C. Manli nocte impetum factum, eumque a coniuratis conprehensum, ut dux fieret; inde ad quartum lapidem profectos loco munito consedisse, nec ab ducibus mentionem concordiae ortam, sed repente, cum in aciem armati exercitus processissent, salutationem factam, et permixtos dextras iungere ac conplecti inter se lacrimantes milites coepisse, coactosque consules, cum viderent aversos a dimicatione militum animos, rettulisse ad patres de concordia reconcilianda. adeo nihil praeterquam seditionem fuisse eamque compositam inter antiquos rerum auctores constat. — Et huius fama seditionis et susceptum cum Samnitibus grave bellum aliquot populos ab Romana societate avertit, et praeter Latinorum infidum iam diu foedus Privernates etiam Norbam atque Setiam, finitimas colonias Romanas, incursione subita depopulati sunt.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER VIII.

Iam consules erant C. Plautius iterum L. Aemilius Mamercus, cum Setini Norbanique Romam nuntii defectionis Privernatium cum querimoniis acceptae cladis venerunt. Volscorum item

ad arma, 21, 24, 2; 10, 43, 13: *in fugam consternantur*. — *aedis* in der Stadt. — *C. Manli*, ob er der 6, 30 genannte war, lässt sich eben so wenig entscheiden, als warum man gerade einen Patricier zum Anführer begehrt. — *salutat.*, als Waffenbrüder, s. 1, 1, 9. — *inter se*, 24, 16, 10: *complexi inter se*. — *adeo*, also, deutet zugleich den hohen Grad der Verwirrung und Ungewissheit an, die also auch jetzt noch, s. 6, 1, dauert. — *nihil praet.*, s. 4, 4, 12. — *antiquos*, s. 4, 7, 10.

8. *et pr.* erklärend; *praeter* wie c. 37, 6 = *praeterquam quod — erat*, zur Sache s. c. 38, 1. — *infid.*, s. 5, 4, 13; 9, 45, 5. — *Privernates*, c. 16. — *Norbam*, 2, 34. — *Setiam*, 6, 30. — *Romanas*, vgl. 8, 3, 9.

1—2, 5. Krieg mit den Privernaten und Volskern; Friede mit den Samniten.

1—3. *Plautius*, 7, 27. *Mamercus*, 7, 1, 2. — *defectionis*, weil sie L. seit 7, 16 unterworfen glaubt. — *Volscor.* etc., nach dem misslungenen, 7, 27, ein neuer Versuch derselben sich von Rom zu befreien. Antium steht wie früher, s. 2, 33, an

Digitized by Google

exercitum duce Antiati populo consedisse ad Satricum adlatum est. utrumque bellum Plautio sorte venit. prius ad Privernum
3 profectus extemplo acie conflixit. haud magno certamine devicti hostes; oppidum captum redditumque Privernatibus praesidio
4 valido inposito; agri partes duae ademptae. inde victor exercitus Satricum contra Antiatis ductus. ibi magna utrimque caede atrox proelium fuit; et cum tempestas eos neutro inclinata spe dimicantes diremisset, Romani, nihil eo certamine tam ambiguo fessi,
5 in posterum diem proelium parant. Volscis recensentibus, quos viros in acie amisissent, haudquaquam idem animus ad iterandum periculum fuit: nocte pro victis Antium agmine trepido
6 sauciis ac parte inpedimentorum relicta abierunt. armorum magna vis cum inter caesa hostium corpora tum in castris inventa est. ea Luae matri dare se consul dixit, finesque hostium usque ad oram maritumam est depopulatus.

7 Alteri consuli Aemilio ingresso Sabellum agrum non castra Samnitium, non legiones usquam oppositae. ferro ignique va-
8 stantem agros legati Samnitium pacem orantes adeunt; a quo reiecti ad senatum potestate facta dicendi positis ferocibus animis pacem sibi ab Romanis bellique ius adversus Sidicinos petierunt,
9 quae se eo iustius petere, quod et in amicitiam populi Romani secundis suis rebus, non adversis, ut Campani, venissent, et ad-

der Spitze. — *Satricum*, die Stadt ist also wieder in der Gewalt der Volsker, vgl. 7, 27, 7. — *venit* findet sich bisweilen statt des gewöhnlichen *evenit*, s. zu 29, 20, 4; 10, 11, 1; auch die Wiener Hds. hat 44, 17, 7: *venit*, vgl. 26, 40, 6; Sall. I. 4, 4; 103, 2; Tac. Ann. 12, 32; jüngere Hss. haben *evenit*. — *devicti — capt.*, ein Triumph des Siegers wird auch in den fasti triumph. nicht erwähnt, s. c. 20, 7. — *redditumq.*, zum Besitz, während die Römer nach Kriegsrecht, s. 7, 27, 8; 4, 34, 4, wie mit Veji hätten verfahren können; über *que* s. 6, 4, 10. — *partes d.*, zwei Drittheile; gewöhnlich nur ein Drittheil, s. 1, 11, 4; 10, 1, 3; Marquardt 3, 1, 14. Die Stadt wird nicht Colonie, sondern erhält nur eine Besatzung, s. 3, 30, 2.

5—6. *animus ad*, vgl. 29, 17, 11. — *Luae*, vgl. 45, 33, 2, wol die Sühnegöttin, Gemahlin des Saturnus, vgl. Varro L. L. 8, 36: *ut quom dico Saturni Lua, Luam, et ab luo, luam*, häufiger wird die Waffenbeute dem Vulcanus, s. c. 10; 30, 6, 9, bisweilen dem Juppiter geweiht, s. 10, 29, 18; Marq. 4, 23; Preller Myth. 418f.

7—10. *Sabellum*, der allgemeine Name für die von den Sabinern ausgegangenen Völker, die Marser, Vestiner, Marrucíner, Päligner ist an u. St. ungewöhnlich von den Samniten gebraucht, s. 10, 19, 20. — *non castra* etc., die Ursachen der Unthätigkeit der Samniten in diesem und dem vorhergeh. Jahre gehen aus der Darstellung L's nicht hervor, s. c. 3, 6; 7, 38, 1; ib. 39, 1. — *bellique i.*, s. 7, 30, 4, Krieg gegen die Sidiciner zu führen soll den Samniten in dem zu schliessenden Bunde nicht untersagt, nicht als Ver-

Digitized by Google

versus Sidicinos sumerent arma suos semper hostes, populi Romani numquam amicos, qui nec, ut Samnites, in pace amicitiam, nec, ut Campani, auxilium in bello petissent, nec in fide populi Romani nec in dicione essent. Cum de postulatis Samnitium T. Aemilius praetor senatum consuluisset, reddendumque iis foedus patres censuissent, praetor Samnitibus respondit, nec, quo minus perpetua cum eis amicitia esset, per populum Romanum stetisse, nec contradici, quin, quoniam ipsos belli culpa sua contracti taedium ceperit, amicitia de integro reconcilietur; quod ad Sidicinos attineat, nihil intercedi, quo minus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium sit. foedere icto cum domum revertissent, extemplo inde exercitus Romanus deductus annuo stipendio et trium mensum frumento accepto, quod pepigerat consul, ut tempus indutiis daret, quoad legati redissent.

10 2 2 3 4

letzung desselben bezeichnet, also das frühere Verhältniss vollständig wieder hergestellt werden. — *semper h.*, 1, 39, 3. — *numquam am.*, die Römer seien durch kein Bündniss mit den Sidicinern verhindert diese Forderung zu erfüllen, s. 7, 30, 4. — *nec in f.* etc., die beiden Sätze sind nicht eine Fortsetzung der zwei vorhergehenden mit *nec*, sondern bilden ein selbständiges Glied neben jenem, vgl. 21, 1, 2; durch das erste *nec — nec* werden specielle, durch das zweite *nec — nec* allgemeine Verhältnisse neben einander gestellt. — *fide* wird hier bestimmt von *dicione*, 5, 27, 14; 7, 31, 6 geschieden, vgl. 42, 8, 5; 39, 54, 7: *dedisse se prius in fidem quam in potestatem populi Romani*; 32, 2, 5; 37, 45, 3, und bezeichnet ein Schutzverhältniss, in welches fremde Völker gewöhnlich durch ein Bündniss mit dem röm. Staate treten, nach dem sie zwar dessen Oberhoheit anerkennen und abhängige Bundesgenossen werden, aber doch sonst ihre Selbständigkeit (*liberi, in potestate sua sunt, suis legibus utuntur*) behalten, vgl. c. 19, 1; 25, 3; 27, 2; 4, 30, 1. Dagegen ist: *omnia fidei populi R. permittere* 36, 28, 1 ff.; Polyb. 36, 2: *αὐτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπιτροπὴν διδόναι*, nicht verschieden von *in dicionem venire*, wie c. 2, 13 *per deditionem in fidem venire*; umgekehrt wird weniger genau bisweilen *in dicione* für *in fide esse* gesagt, s. 9, 20, 8; 41, 6, 12, vgl. 34, 35, 10: *in fidem ac dicionem p. R. se tradere* u. a.

2. 1—4. *praetor*, der in der Abwesenheit der Consuln deren Stelle vertritt. — *reddendum*, das aequum foedus, wie es vor dem Kriege gewesen war, c. 1, 8; 7, 19, 4. — *contradici*, erst von L. als ein Wort gebraucht, früher wurden beide getrennt. — *quin* der Widerspruch sei nicht der Art, dass nicht doch u. s. w., ist objectiv, vgl. 2, 31, 11; 8, 40, 1; 23, 6, 2 u. a.; *quo minus*, subjectiv; der Grund des Hinderns liege nicht in ihnen, s. 6, 33, 2. — *Sidicin.*, die Römer nehmen sich ihrer nicht an um freie Hand gegen Latium zu haben. — *annuo*, 5, 27, 15. — *frumento*, zur Vertheilung an das Heer, vgl. c. 36, 11; 7, 37, 2; 9, 43, 6; Marq. 3, 2, 75; 155; früher ist es nicht gefordert worden, s. 5, 27; 32. — *mensum*, 9, 43, 6.

Digitized by Google

5 Samnites copiis isdem, quibus usi adversus Romanum bellum fuerant, contra Sidicinos profecti haud in dubia spe erant
6 mature urbis hostium potiundae. tum ab Sidicinis deditio prius ad Romanos coepta fieri est; dein, postquam patres ut seram eam ultimaque tandem necessitate expressam aspernabantur, ad Lati-
7 nos iam sua sponte in arma motos facta est. ne Campani quidem — adeo iniuriae Samnitium quam beneficii Romanorum me-
8 moria praesentior erat — his se armis abstinuere. ex his tot populis unus ingens exercitus duce Latino fines Samnitium ingressus plus populationibus quam proeliis cladium fecit; et quamquam superiores certaminibus Latini erant, haud inviti, ne saepius dimicandum foret, agro hostium excessere. id spatium Samnitibus datum est Romam legatos mittendi; qui cum adissent senatum, conquesti eadem se foederatos pati, quae hostes essent
10 passi, precibus infimis petiere, ut satis ducerent Romani victoriam suam Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoste eripuisse,
11 ne vinci etiam se ab ignavissimis populis sinerent; Latinos Campanosque, si sub dicione populi Romani essent, pro imperio ar-

5. *copiis isd.*, vgl. 7, 35, 6. — *usi*, in Bezug auf c. 1, 7; Madvig verm. *usuri*. — *advers. Rom. bellum*, diesem entgegen, um ihn abzuwehren; doch liegt eine Vertauschung der Person und Sache zu Grunde, s. c. 17, 7; 26, 25, 10: *adversus quod (bellum) — se inparem cernens*; Duker will *bellum* tilgen. — *haud in d.*, 21, 49, 11: *haud cum inparatis*, s. 8, 13, 4; 7, 8, 4.

6—7. *coepta f. e.*, eine bei L. häufige Wortstellung, s. 7, 7, 1; 10, 30, 1; 3, 10, 5 u. a. — *seram*, die Campaner in gleicher Lage aufzunehmen hat man kein Bedenken getragen, s. 7, 31. — *ad Lat.*, s. zu § 12. — *in arma*, s. 7, 38, 1; zum Ausdruck 7, 33, 16: *in fugam movere*. — *ne Camp. q.*, nach dem Verlaufe der Ereignisse haben die Samniten Campanien aufgegeben und den Römern überlassen; da diese, wie es scheint, die deditio in einem anderen Sinne nahmen als die Campaner, vgl. 36, 28, 4, und wirkliche Unterwerfung forderten, so suchen die Campaner, mit Ausschluss der Aristocratie, s. c. 11, 15, jetzt die Hülfe der Latiner. — *his arm.*, wie oft: Krieg. Es wird vorausgesetzt, dass das röm. Heer nicht mehr in Campanien steht, s. 7, 38, 4.

8—11. *ingens—(tamen) plus*. — *duce Latino*, entweder collectiv, vgl. 7, 11, 3 oder unter Anführung eines Lat., vgl. c. 11, 6. — *ne saep.*, der Sinn scheint zu sein: die Samniten liessen es nicht zu einem entscheidenden Treffen kommen, sondern suchten die Feinde durch viele Gefechte zu ermüden, denen diese auswichen; indess wird auch so der Rückzug der Latiner nicht genug motivirt. — *prec. inf.*, vgl. 9, 20, 2. — *suam* auf den Dativ *Samnitib.* bezogen: den ihnen gehörigen, da sie denselben als sicher erwartet hatten, s. 7, 37, 2; 6, 20, 16; 21, 43, 17; ib. 50, 4 u. a., die hds. Lesart: *quam eripuissent*, für die Duker nur *eripuisse* verm., scheint nicht richtig, da *satis ducere* sonst mit dem acc. c. inf., *si* od. *quod* verbunden wird. — *ne* etc., und so verhüteten, dass u. s. w. — *pro imperio*,

Digitized by Google

cerent Samniti agro, sin imperium abnuerent, armis coercerent. adversus haec responsum anceps datum, quia fateri pigebat in 12
potestate sua Latinos iam non esse, timebantque, ne arguendo abalienarent. Campanorum aliam condicionem esse, qui non foe- 13
dere sed per deditionem in fidem venissent; itaque Campanos, seu velint seu nolint, quieturos. in foedere Latino nihil esse, quo bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur. Quod responsum 3
sicut dubios Samnites, quidnam facturum Romanum censerent, dimisit, ita Campanos metu abalienavit, Latinos, velut nihil iam non concedentibus Romanis, ferociores fecit. itaque per speciem 2
adversus Samnites belli parandi crebra concilia indicentes omnibus consultationibus inter se principes occulte Romanum coque-

s. 1, 51, 2, weil ein Staat *in dicione*, ohne politische Selbständigkeit, dem Machtgebote des herrschenden unterworfen ist.

12—13. *in pot. s. e.* hat hier nicht die staatsrechtliche Bedeutung wie 7, 31, 6=*in dicione*, s. c. 1, 10, sondern soll nur andeuten, dass die Latiner sich nicht mehr den Wünschen oder Forderungen der Römer wie bisher fügen, ihren Anordnungen sich nicht mehr unterwerfen, s. 3, 4, 11. — *iam non*, s. 6, 14, 2, zu 30, 7, 8. — *arguendo* etc., vgl. 3, 16, 3: wenn sie dieselben überführen, nachweisen wollten, dass sie das nicht thun dürften. — *per dedit.*, s. c. 1, 10; 23, 5, 9; der Unterschied des *foedus* und der *deditio* tritt hier deutlich hervor. Marq. 3, 1, 250. — *in foed.—prohib.*, hier sowol als c. 4, 2 erscheint das Verhältniss der Latiner zu Rom als durch ein *foedus aequum* geordnet, wie Fest. p. 241: *praetor ad portam*, vgl. 2, 33, nach welchem die Latiner Rom gleichgestellt, selbständig, das Recht über Krieg und Frieden haben und nur verpflichtet sind in gemeinschaftlichen Kriegen ein gleiches Contingent wie die Römer zu stellen; daher halten sie abgesondert ihre Versammlungen, s. c. 3, 10; 14, 9; 7, 25, 5; ib. 28, 2; führen mit den Paelignern Krieg 7, 38, 2; nehmen die Sidiciner in ihren Schutz § 6, verbinden sich mit den Campanern. Allein dazu stimmt nicht das c. 3, 8 Berichtete; die Latiner fühlen sich durch das Verhältniss gedrückt, s. 7, 15, 6; 18f; 25; 28, und suchen sich aus demselben zu befreien. Entweder war daher das Bündniss 7, 12 wirklich ein *aequum*, aber die Römer haben ihre Uebermacht benuzt um die Latiner aus ihrer Stellung als gleichberechtigte Bundesgenossen in die von Unterthanen zu drängen, s. c. 4, 2; 5, 3, vgl. 7, 25, 5; oder das Bündniss war den Latinern weniger günstig, und sie benutzen die Verwickelung der Römer in den Krieg mit den Samniten um sich aus dieser Lage zu befreien. Aus der Darstellung L's lässt sich ein sicheres Urtheil nicht gewinnen. — *non foedere* etc., c. 1, 10; das 23, 5, 9; 31, 31 erwähnte Bündniss haben also bis jetzt die Campaner noch nicht.

3—6, 8. Der Abfall der Latiner und Campaner. Dio Cass. frg. 35; Zonar. 7, 26.

1—3. *respons.—dimisit*, s. 2, 4, 3. — *metu abal.*, sie fürchten die Folgen der deditio, c. 2, 7. — *concilia*, 7, 25, 5. — *principes*, 1, 50f., da nur die *principes* Pläne fassen, so erklärt sich, dass die Römer durch die treu gebliebenen Laure-

Digitized by Google

bant bellum. huic quoque adversus servatores suos bello Cam-
3 panus aderat. sed quamquam omnia de industria celabantur —
priusquam moverentur Romani, tolli ab tergo Samnitem hostem
volebant —, tamen per quosdam privatis hospitiis necessitudini-
busque coniunctos indicia coniurationis eius Romam emana-
4 runt; iussisque ante tempus consulibus abdicare se magistratu,
quo maturius novi consules adversus tantam molem belli crea-
rentur, religio incessit ab eis, quorum inminutum imperium es-
5 set, comitia haberi. itaque interregnum initum. duo interreges
fuere, M. Valerius ac M. Fabius; *is* creavit consules T. Manlium Tor-
6 quatum tertium P. Decium Murem. — Eo anno Alexandrum Epiri
regem in Italiam classem appulisse constat; quod bellum, si
prima satis prospera fuissent, haud dubie ad Romanos perve-
7 nisset. eadem aetas rerum magni Alexandri est, quem sorore
huius ortum in alio tractu orbis, invictum bellis, iuvenem fortuna
morbo extinxit.
8 Ceterum Romani, etsi defectio sociorum nominisque Latini
haud dubia erat, tamen, tamquam de Samnitibus non de se cu-

ter, s. c. 11, 15, nichts von denselben erfuhren. — *coquebant*, 3, 36, 2. — *priusquam* etc., der Grund des *celari*; das *tolli* etc. scheint nach L. den Latinern sehr leicht, vgl. c. 2, 10. — *hospit. nec.*, Gastrecht und Verwandtschaftsverhältnisse, diese in Folge des *conubium*, s. 1, 49, 8; 4, 3, 4; vgl. 42, 38, 8. — *coniurat.*, das Complott verbündeter Völker, s. § 8.

4—5. *ante t.*, s. 7, 25, 1. — *abdicare*, 2, 2, 10, nicht wegen ihrer Untüchtigkeit, sondern damit die neuen Consuln zeitig alle Vorbereitungen treffen können, Becker 2, 2, 55; 100. — *inminut.*, weil sie vor dem gesetzlichen Termine abtreten; in einem ähnlichen Falle 5, 9, 8 finden solche Bedenken nicht statt, vgl. c. 17, 4; 5, 17, 3 u. a. — *ac*, und dann. — *creavit*, wird besonders von dem interrex, der die Wahl leitet, gebraucht, s. 7, 17, 12; 3, 8, 2, Lange 1, 221. — *Manlium*, 7, 28; *Decium*, 7, 34.

6—7. *eo anno*, diese synchronistische Bemerkung ist nicht genau; Alex., der Sohn des Molosserfürsten Neoptolemus ist wahrscheinlich einige Jahre später nach Italien gekommen, c. 17, 9; 24; Nieb. R. G. 2, 637; 3, 187. — *prima*, Tac. H. 3, 46: *prima rerum — speculabantur*; dass Alex. im Anfange glücklich gewesen sei, berichtet L. selbst c. 24. — *aetas* zu *eadem* und zu *rerum* gehörig giebt nur die Zeit im Allgemeinen an, nicht dass Alex. in diesem Jahre gestorben sei, s. 9, 16. — *magni*, 1, 46, 5.

8. *ceterum* nimmt wie *sed* die unterbrochene Erzählung wieder auf, s. 23, 2, 6. — *socior. nom. Lat.*, eine Formel, s. 22, 50, 6, die wahrscheinlich aus späterer Zeit in diese übergetragen ist (damals hätten nur uneigentlich die Campaner socii genannt werden können), aber deutlich zeigt, dass L. den Abfall des ganzen Latium annehme, s. c. 14; 6, 21, nicht blos der nachher genannten Colonieen, und die Staaten, die früher vereinzelt aufgetreten waren, s. 6, 27—29; 7, 9; 11; 18, jetzt vereinigt denke. — *tamquam* sie

Digitized by Google

ram agerent, decem principes Latinorum Romam evocaverunt, quibus imperarent, quae vellent. praetores tum duos Latium habebat, L. Annium Setinum et L. Numisium Cerceiensem, ambo ex coloniis Romanis, per quos praeter Signiam Velitrasque, et ipsas colonias Romanas, Volsci etiam exciti ad arma erant; eos nominatim evocari placuit. haud cuiquam dubium erat, super qua re accirentur: itaque concilio prius habito praetores, quam Romam proficiscerentur, evocatos se ab senatu docent Romano, et quae actum iri secum credant, quidnam ad ea responderi pla- 9 10

gaben sich den Schein, als ob sie nur die Verhältnisse zu den Samniten ordnen wollten, an der Treue der Latiner nicht zweifelten. — *decem princ.* sind wol nur die 10 angesehensten Männer des Bundes, nicht ein Ausschuss des Senates wie die *decem primi* in den Municipien und Colonieen. Uebrigens ist es nicht klar, wie nach dem c. 2 über das Verhältniss der Latiner Gesagten jetzt von diesen gefordert werden kann, was sonst nur abhängigen Staaten angesonnen wird, s. 3, 4, 5; 29, 15, 5, vgl. 1, 51, 7, wo Tarquinius selbst in dem concilium der Lat. erscheint, und wie die Latiner, im Begriff mit Rom zu brechen, sich der Forderung fügen können. Auch *ut imperar. q. vell.* stimmt nicht zu c. 2, 12, da es die Herrschaft Roms voraussetzt, c. 5.

9—10. *praetores*, diese leiten nach § 10 die Bundesversammlung und sind Anführer im Kriege, s. c. 11, 6; zwei Vorsteher in Krieg u. Frieden erwähnt auch Dion. 3, 34; vgl. ib. 5, 61; 6, 4. L. scheint durch *tum* anzudeuten, dass die Einrichtung nicht immer bestanden habe; doch ist es ungewiss, ob die Anführer des Bundes früher Dictatoren hiessen, s. 1, 23, 4; ib. 27, 1; 2, 19, 10; od. ob die Latiner, wie die Römer, von der Königsherrschaft sogleich zur Regierung durch zwei Prätoren, neben denen Dictatoren für religiöse und andere Zwecke von dem Bunde, s. Priscian. 4 § 21: *lucum Dianium — dedicavit dictator Latinus*, wie in einzelnen Staaten, s. 3, 18; 6, 26, gewählt werden konnten, übergegangen sei, s. Mommsen 1, 345 ff.; Schwegler 2, 291 ff. — *Setinum*, von Setia, das bis jetzt Rom treu gewesen ist, s. c. 1, 1. — *Cerceiens.*, vgl. 6, 21, 2. — *Signiam*, s. 7, 8; *Velitr.*, 6, 12, 6. L. scheint durch *colonias Rom.* und *ex colon. Rom.*, s. c. 5, 3, anzudeuten, dass er sie für römische Bürgercolonieen halte; allein dieses Zeugniss wird unsicher dadurch, dass er 27, 9, 7 f.; 29, 15, 5 auch in offenbar lat. Colonieen römische Bürger wohnen lässt, a. den ang. St. Cercei und Setia; 27, 10 Signia (über Velitrae s. 8, 14, 5) latinische Colonieen nennt, Cercei von Polyb. 3, 22, die übrigen mit Ausnahme von Signia von Dionys. 5, 61 als latinische Städte angeführt werden, s. 6, 17, 7, Mommsen, Gesch. d. röm. Münzw. 312 fg. Alle lagen im Gebiete der Volsker, die im letzten Kriege nur Privernum verloren, s. c. 1 vgl. c. 19, u. wahrscheinlich sogleich Anfangs an dem Aufstande Theil genommen haben, c. 5, 3. Die Aurunker, s. zu c. 12, 1 vgl. c. 14, 10, sind entweder von L. übergangen oder haben sich später angeschlossen. — *super q. r.*, 2, 4, 4. — *concil.*, wie in Rom der Senat von den Consuln, von den Prätoren berufen und geleitet; daher *referunt* (nach c. 4, 1 ist es nur von Annius zu verstehen, der zugleich die Ansicht seines Collegen vertritt, vgl. 3, 39, 2) und *censerent*.

Digitized by Google

4 ceat, referunt. Cum aliud alii censerent, tum Annius: „quamquam ipse ego rettuli, quid responderi placeret, tamen magis ad summam rerum nostrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quam quid loquendum sit. facile erit explicatis consiliis ac- 2 commodare rebus verba. nam si etiam nunc sub umbra foederis aequi servitutem pati possumus, quid abest, quin proditis Sidicinis non Romanorum solum sed Samnitium quoque dicto pareamus, respondeamusque Romanis nos, ubi innuerint, posituros 3 arma? sin autem tandem libertatis desiderium remordet animos, si foedus est, si societas, *si* aequatio iuris est, si consanguineos nos Romanorum esse, quod olim pudebat, nunc gloriari licet, si socialis illis exercitus is est, quo adiuncto duplicent vires suas, quem secernere ab se consules bellis propriis ponendis sumen-

4. 1. *tamen* etc., ehe noch über den Vortrag durchgestimmt ist, spricht er seine Ansicht aus, vgl. zu c. 20, 12. — *summam r. p.*, das Wohl und Interesse des Staates. — *sub umb.*, unter dem Schattenbilde, anders 7, 30, 18, vgl. c. 2, 12. — *proditis*, wenn ihnen wegen des Bundes der Römer mit den Samniten der versprochene Schutz nicht gewährt wird, c. 2.

3—4. *libertatis*, politische Selbständigkeit, Souveränität durch Befreiung von der drückenden Hegemonie Roms. — *des. remord.*, „die Sehnsucht am Herzen nagt", sonst mehr dichterisch. — *si foedus* etc., Zerlegung des Begriffs *aequum foedus*, vgl. 39, 37, 10: *si foedus ratum est, si societas et amicitia ex aequo observatur* etc., vgl. 4, 5, 5: *si in consortio, si in societate rei publ., si* etc.; 6, 40, 18; 34, 57, 9. Dieses wird als feststehend betrachtet, und dann die Verwunderung (*cur non*) ausgesprochen, dass nicht auch eine nothwendige Folge bereits eingetreten sei. — *aequatio iur.*, die Gleichstellung beider Staaten als Glieder eines Bundesstaates, und die darauf beruhende Rechtsgleichheit in vielen Beziehungen des Privatlebens, s. c. 6, 15, ist, da *est* in beiden Sätzen bedeutet: besteht, und die *socii* auch ein *non aequum foedus* haben können, nicht Prädicat von *societas*, und deshalb zu bezweifeln, dass *si foedus, si societas aeq. iur. est* zu lesen sei, wenigstens wäre eine Andeutung zu erwarten, dass von dem Bündnisse der Latiner mit Rom gesprochen werde; *si* ist wahrscheinlich ausgefallen. *est — est*, 7, 40, 10; *prius. — consang.*, s. c. 5, 4; 8, 2; 1, 6, 3. *pudeb.*, als Rom noch unbedeutend war, 1, 45, 3. — *duplicent*, c. 8, 14. — *quem — cons. — propriis* etc., da die Consuln keine eigenen Kriege führen, so konnte L. wol voraussetzen, dass seine Leser *propriis* nicht auf *consules* sondern auf *quem* beziehen würden, *et consules eum propriis bellis — secernere* (viell. *secedere*) *nolunt*; die Beziehung von *propriis* auf den Accus. s. 7, 11, 5; 3, 70, 4, vgl. 4, 8, 4; 27, 38, 7 u. a., die Consuln werden als die regelmässigen Heerführer genannt. Madvig verm. *consilia* statt *consules*. Zum Gedanken vgl. 2, 53, 5: *mos non placebat sine Romano duce — socios propriis viribus consiliisque bella gerere. Bellis ponend. sum.* kann Ablativ: indem, während sie u. s. w., vgl. c. 36, 7; 7, 21, 2; 4, 29, 3; 23, 17, 10 u. a., viell. auch Dativ sein. — *ponend.* = *deponendis*, 7, 32, 1; 1, 53, 7; *su-*

Digitized by Google

disque nolint, cur non omnia aequantur? cur non alter ab La- 4
tinis consul datur, ubi pars virium, ibi et imperii pars est? est 5
quidem nobis hoc per se haud nimis amplum, quippe concedentibus Romam caput Latio esse; sed ut amplum videri posset, diuturna patientia fecimus. atqui si quando umquam consociandi 6
imperii, usurpandae libertatis tempus optastis, en hoc tempus adest et virtute vestra et deum benignitate vobis datum. temptastis patientiam negando militem. quis dubitat exarsisse eos, cum 7
plus ducentorum annorum morem solveremus? pertulerunt ta- 8
men hunc dolorem. bellum nostro nomine cum Paelignis gessimus: qui ne nostrorum quidem finium nobis per nos tuendorum ius antea dabant, nihil intercesserunt. Sidicinos in fidem rece- 9
ptos, Campanos ab se ad nos descisse, exercitus nos parare adversus Samnites, foederatos suos, audierunt, nec moverunt se ab urbe. unde haec illis tanta modestia nisi a conscientia virium et 10
nostrarum et suarum? idoneos auctores habeo querentibus de nobis Samnitibus ita responsum ab senatu Romano esse, ut facile appareret, ne ipsos quidem iam postulare, ut Latium sub

mend. = *suscipiendis*, 1, 42, 2; 38, 19, 3; der Ausdruck war früher mehr poetisch; das hysteron proteron soll wol bedeuten: Kriege durch die Entwickelung der Macht beilegen, den Feind zwingen Frieden zu schliessen oder zu halten; selbst Kriege anfangen. — *cur non* gehört auch zu *ubi*. — *ab Lat.*, wie c. 5, 5: *ex Latio—pars* die Hälfte, § 11; c. 5, 5.

5—6. *est quidem*, Beschränkung des Vorhergeh.: freilich ist, schon das ist u. s. w. — *caput L.*, 23, 10, 2, vgl. 1, 52, 4. — *atqui* etc. leitet den Untersatz zu dem vorher ausgeführten Gedanken: wir müssen gleichgestellt werden, ein: nun aber; der Schlusssatz folgt § 10: *usurpate* etc. — *quando unquam*: jemals einmal, s. c. 6, 14; 6, 42, 12; 10, 14, 11; 32, 5, 8, vgl. 1, 28, 4; bei anderen Schriftstellern findet sich die Zusammenstellung der beiden Worte weniger. — *en* wie § 11, eine seltene, nachdrückliche Form des Nachsatzes, vgl. 7, 35, 10: *ecce*.

7—10. *temptastis*, 1, 32, 4. — *negando*, 7, 25, 5. — *plus ducent.*, von welchem Zeitpunkte an, ob von Tullus Hostilius 1, 24, od. Tarquinius 1, 52, s. c. 5, 9, L. oder sein Gewährsmann (Cincius?) gerechnet habe, lässt sich nicht entscheiden, s. Schwegler 1, 731; dass die Latiner mehrmals ihr Contingent zu stellen verweigert haben, wird nicht beachtet; zur Sache s. 6, 10, 6; 7, 12, 7; ib. 25, 5 u. a. — *nostro nom.* etc., s. 7, 38, 1, was allerdings nicht gestattet war nach Dion. 8, 15: ἐν γὰρ ταῖς συνθήκαις, αἷς ἐποιήσαντο πρὸς αὐτοὺς (die Latiner) περὶ φιλίας, ἀπόῤῥητον (den Latinern) ἦν τούτων ἑκάτερον nämlich ein Heer einseitig zu rüsten und einen Feldherrn zu bestellen; allein das Bündniss des Cassius scheint keine dieser Beschränkungen enthalten zu haben, s. Dion. 6, 95, vgl. jedoch L. 7, 12, 7. — *ne nostr. q.* etc., s. 2, 30, 8; ib. 53, 5; 3, 19, 8. — *mover.*, um uns zu strafen. — *modest.*, da sie nichts mehr gegen das Bündniss fordern. — *ne i. q.*, vgl. c. 2, 12: *iam non* etc.

Digitized by Google

Romano imperio sit. usurpate modo postulando eo, quod illi
11 vobis taciti concedunt. si quem hoc metus dicere prohibet, en
ego ipse audiente non populo Romano modo senatuque sed Iove
ipso, qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum, ut, si nos in
foedere ac societate esse velint, consulem alterum ab nobis sena-
12 tusque partem accipiant.“ haec ferociter non suadenti solum sed
pollicenti clamore et adsensu omnes permiserunt, ut ageret dice-
retque, quae e re publica nominis Latini fideque sua viderentur.
5 Ubi est Romam ventum, in Capitolio eis senatus datus est.
ibi cum T. Manlius consul egisset cum eis ex auctoritate patrum,
2 ne Samnitibus foederatis bellum inferrent, Annius, tanquam vi-
ctor armis Capitolium cepisset, non legatus iure gentium tutus
3 loqueretur: „tempus erat“ inquit, „Tite Manli vosque patres con-
scripti, tandem iam vos nobiscum nihil pro imperio agere, cum
florentissimum deum benignitate nunc Latium armis virisque
Samnitibus bello victis, Sidicinis Campanisque sociis nunc etiam
Volscis adiunctis videretis, colonias quoque vestras Latinum Ro-
4 mano praetulisse imperium. sed quoniam vos regno inpotenti
finem ut inponatis non inducitis in animum, nos, quamquam ar-
mis possumus adserere Latium in libertatem, consanguinitati ta-

10—12. *usurp.*, s. 5, 2, 12; hier absolut gebraucht, wie 7, 2, 6. — *modo* nur immer hin, ohne weiteres: macht nur euer Recht geltend, indem ihr den Besitz der Römer unterbrecht, ihre Herrschaft nicht bleibend werden lasst. — *postul. eo*, das sonst seltene Neutrum fällt hier wegen *quod* nicht auf; 29, 2, 1: *primo negligendo*. — *Iove i.*, wenn in dessen Tempel Senat gehalten wird, c. 5, 1, soll das Folg. vorbereiten. — *clamore et a.*, Beifallsgeschrei.

5. 1—4. *Romam* etc., wie 1, 50 f., sollte man eher röm. Gesandte in dem concilium der Latiner erwarten. — *senatus d.*, es wurde eine Senatssitzung veranstaltet um ihnen die Forderungen mitzutheilen. — *egisset*, milderer Ausdruck statt *imperasset*, c. 3, 8. — *ne Samn.*, sie sollen das von den Römern geschlossene Bündniss anerkennen; das Verbot wäre, wenn hier Vertreter des ganzen latin. Bundes gemeint sind, geradezu gegen c. 2, 13. — *tempus er.*, die Zeit war da, aber ihr achtet nicht darauf, es wäre Zeit, dass ihr endlich, s. Hor, Carm. 1, 37, 2: *nunc — tempus erat*; dass von der Gegenwart die Rede ist zeigt *nunc* (Madvig hält dasselbe für unächt) u. *nunc etiam; videretis* hat sich wie sonst in Bedingungssätzen an die Form des Hauptsatzes angeschlossen, praef. 13. — *pro imp.*, s. § 1; c. 2, 11, nicht als herrschender, sondern als gleichgestellter Staat. — *virisq.* 5, 37, 5. — *sociis—adiunctis*, s. 4, 46, 11; 29, 9, 8. — *Latin. Rom.* eine häufige Zusammenstellung zweier Attribute, wenn bei dem einen, entweder dem letzten wie a. u. St., vgl. 9, 17, 9; zu 28, 33, 11, oder dem ersten, s. 7, 5, 9: *secundum*; 1, 28, 7; 2, 50, 8 u. a., das Substantiv in einem anderen Casus als dem, worin es steht, zu denken ist. — *colonias* etc., c. 3, 9; zur Construct. 1, 7, 6. — *adserere in l.*, 3, 44, 5, von dem

Digitized by Google

men hoc dabimus, ut condiciones pacis feramus aequas utrisque, quoniam vires quoque aequari diis inmortalibus placuit. consu- 5
lem alterum Roma, alterum ex Latio creari oportet; senatus partem aequam ex utraque gente esse; unum populum, unam rem publicam fieri; et ut imperii eadem sedes sit, idemque omnibus 6
nomen, quoniam ab altera utra parte concedi necesse est, quod utrisque bene vertat, sit haec sane patria potior, et Romani omnes vocemur." forte ita accidit, ut parem ferociae huius et Romani 7
consulem T. Manlium haberent, qui adeo non tenuit iram, ut, si tanta dementia patres conscriptos cepisset, ut ab Setino homine leges acciperent, gladio cinctum in senatum venturum se esse palam diceret et, quemcumque in curia Latinum vidisset, sua manu interempturum. et conversus ad simulacrum Iovis: „audi, Iup- 8
piter, haec scelera" inquit; „audite, Ius Fasque. peregrinos consules et peregrinum senatum in tuo, Iuppiter, augurato templo captus ipse atque oppressus visurus es! haecine foedera Tul- 9
lus, Romanus rex, cum Albanis, patribus vestris, Latini, haec L. Tarquinius vobiscum postea fecit? non venit in mentem 10
pugna apud Regillum lacum? adeo et cladium veterum vestrarum et beneficiorum nostrorum erga vos obliti estis?" Cum 6
consulis vocem subsecuta patrum indignatio esset, proditur memoriae adversus crebram inplorationem deum, quos testes foederum saepius invocabant consules, vocem Anni spernentis numina Iovis Romani auditam. certe, cum commotus ira se a ve- 2

Privatrechte auf das öffentliche übergetragen. — *dabimus* 5, 17, 9. — *aequas*, nach denen beide gleiche Rechte haben sollen.

5—6. *consul. alt.*, wie jezt aus den Patriciern und Plebejern. — *Roma*, s. Cic. leg. agr. 2, 35, 95: *arrogantia, qua a maioribus nostris alterum Capua consulem postulavit*; Val. Max. 6, 4, 1; da die beste Hds. *Romam* hat, ist viell. *Romanum* verdorben. — *unum p.*, eine Nation, ein Gemeinwesen mit gleichen Gesetzen, Bürgerrecht u. s. w., vgl. 5, 24, 8. — *altera u.*, 28, 41, 10. — *sit—vocemur*, chiastisch, die schon im Conjunctiv liegende Einräumung wird durch *sane* noch bestimmter bezeichnet. — *patria*, nicht der Geburt, sondern der Nationalität, Cic. Legg. 2, 2, 5. — *Romani*, wie 1, 13, 5: *Quirites*, vgl. Nieb. 3, 149.

7—8. *ferociae*, 2, 13, 8; diese reisst den Consul fort, sonst würden die Gesandten vor der Berathung entfernt worden sein, vgl. c. 2, 1. — *huius*, s. 4, 46, 5: *cuius*. — *scelera*, diese Ruchlosigkeit. — *ius f.*, 1, 32, 6. — *augurato*, alterthümlich statt *inaugurato*, s. Cic. Vatin. 10, 24; Phil. 13, 5, 12, vgl. 1, 36, 3; 4. — *captus* etc. 3, 17, 3. — *Tullus* etc., s. c. 4, 7. — *patribus*, weil die latin. Staaten als Colonieen von Alba galten, s. 1, 52, 2. — *pugna ad R.*, 2, 19; die Constr. wie 5, 54, 3. — *beneficiorum*, dass sie, obgleich oft besiegt, so mild behandelt worden sind.

6. 1—3. *numina*, der Plural steigernd: die mächtige Gottheit, 7, 30, 20. — *Romani*, gegenüber dem *Iup-*

Digitized by Google

stibulo templi citato gradu proriperet, lapsus per gradus capite
3 graviter offenso inpactus imo ita est saxo, ut sopiretur. exanimatum auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoque in incerto relictum sit, sicut inter foederum ruptorum testationem ingenti fragore caeli procellam effusam: nam et vera esse et apte
4 ad repraesentandam iram deum ficta possunt. Torquatus missus ab senatu ad dimittendos legatos cum iacentem Annium vidisset, exclamat, ita ut populo patribusque audita vox pariter sit:
5 „bene habet; dii pium movere bellum. est caeleste numen; es, magne Iuppiter; haud frustra te patrem deum hominumque hac
6 sede sacravimus. quid cessatis, Quirites vosque patres conscripti, arma capere deis ducibus? sic stratas legiones Latinorum
7 dabo, quem ad modum legatum iacentem videtis.“ adsensu populi excepta vox consulis tantum ardoris animis fecit, ut legatos proficiscentes cura magistratuum magis, qui iussu consulis prosequebantur, quam ius gentium ab ira impetuque hominum tegeret.
8 Consensit et senatus bellum; consulesque duobus scriptis

piter Latiaris, 1, 31, 3. — *certe* etc. im Gegensatze zu *proditur* etc., welches die mythische, durch das unmittelbare Eingreifen der Götter (*ira* § 3), vgl. 6, 18, 9, herbeigeführte Ursache des Falles enthält. — *ab vest.*, als er aus dem Senate sich entfernt hat, 3, 18, 8. — *gradu — gradus* ist wol unabsichtlich zusammengestellt. Die *gradus* sind die, welche von dem Tempel auf die area Capitolina, vgl. Gell. 2, 10, 2, nicht die, welche den Hügel herabführten. — *per*, 1, 48, 3. — *capite grav. o.*, schon bei dem Fall auf der Treppe verletzte er den Kopf und schlug dann u. s. w. — *exanimat.* etc., obgleich die meisten Annalisten so erzählten, hält es doch L. für sagenhafte Ausschmückung wie das Folgende, s. 5, 22. — *ingenti fr.*, 6, 8, 7. — *repraesent.*, um zu veranschaulichen, vgl. 2, 36, 6.

4—7. *populo*, s. § 3; c. 16, 3; 20, 2; 24, 14; 9, 36, 1: *nulli*; das Volk ist auf der area Capit. versammelt zu denken. *bene h.*, 6, 35, 8. — *pium* etc., die Situation ist wie im ersten Latinerkriege, 1, 22, 4; ib. 23, 4. — *est*, 3, 56, 7. — *sacravimus*: dich geweiht, statt deinen Tempel, oder deine Verehrung in dem Tempel angeordnet, 5, 52, 10: *Iuno — dedicata est*; 22, 37, 12: *in ea arce — sacratam* (Victoriam). — *stratas dabo*, 4, 19, 3. — *adsensu*: beifällig, 1, 6, 2. — *ardoris*, 1, 53, 9. — *magistrat.*, wol die Aedilen. — *ius gent.*, c. 5, 2; 6, 17, 8.

6, 8 — **13**, 10. Krieg mit den Latinern und ihren Verbündeten. Diod. 16, 90; Flor. 1, 14; Dio Cass. Frg. 35; Zon. 7, 26.

8. *consensit*, 1, 32, 12; Cic. Fin. 2, 35, 117: *idne consensisse — gentes arbitramur. — et sen.*, sonst beschliesst zuerst der Senat den Krieg, dann das Volk, s. 7, 32, 1; so wenig § 7 ein eigentlicher Volksbeschluss bezeichnet ist, ist wol hier der Senatsbeschluss gemeint, sondern nur, dass im Senate die gleiche Stimmung wie beim Volke geherrscht habe. —

Digitized by Google

exercitibus per Marsos Paelignosque profecti adiuncto Samnitium exercitu ad Capuam, quo iam Latini sociique convenerant, castra locant. ibi in quiete utrique consuli eadem dicitur visa species viri maioris quam pro humano habitu augustiorisque, dicentis ex una acie imperatorem, ex altera exercitum deis Manibus matrique Terrae deberi. utrius exercitus imperator legiones hostium superque eas se devovisset, eius populi partisque victoriam fore. hos ubi nocturnos visus inter se consules contulerunt, placuit averruncandae deum irae victimas caedi, simul ut, si extis eadem, quae somnio visa fuerant, portenderentur, alteruter consulum fata inpleret. ubi responsa haruspicum insidenti iam animo tacitae religioni congruerunt, tum adhibitis legatis tribunisque et imperiis deum propalam expositis, ne mors voluntaria consulis exercitum in acie terreret, conparant inter se, ut ab utra parte cedere Romanus exercitus coepisset, inde se consul devoveret pro populo Romano Quiritibusque. agitatum etiam in consilio est, ut, si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc uti disciplina militaris ad priscos redigeretur

Marsos, östlich von den Hernikern um den Fucinersee, s. 4, 57, 7. — *Paelignos*, 7, 38. Wenn auch, wie es scheint, die Herniker zu Rom gehalten haben, so bleibt doch dieser Zug räthselhaft, da die Römer so durch das aufständische Latium, wenigstens den östlichen Theil desselben, gezogen wären; ihr Land, ebenso die Latiner das ihrige *quo iam — convenerant*, aufgegeben hätten, die ersteren um auf einem grossen Umwege nach Campanien zu gelangen, wo die Latiner an der Südnicht etwa an der Nordgrenze, s. c. 8, 19, stehen, vgl. Niebuhr 1, 440; Mommsen 1, 358ff. Das Dunkel wird schwerlich durch die Annahme aufgehellt, dass nicht der latin. Bund, sondern nur die c. 3, 9 erwähnten Colonieen, im ersten Jahre den Krieg geführt haben: wenigstens denkt L. so wie die übrigen Historiker, vgl. c. 3, 8; 12, 1, an einen Krieg mit Latium selbst.

9—11. *augustioris*, 1, 7, 9. — *dicent.* = *qui diceret.* — *deis M.*, c. 9, 6. — *Terrae*, c. 9, 8; 10, 28, 13: *Telluri* als unterirdische, chthonische Gottheit, vgl. Virg. 6, 139; Marq. 4, 23. — *utrius*, wie § 13 *ab utra*, relativ. — *super*, ausser diesen sich selbst, c. 10, 11. — *partisque*, genauere Bestimmung, vgl. 29, 27, 2. — *averruncandae*, Paul. Diac. 373: *verruncent, verlant.* Pacuvius; — *averruncassent id est avertissent.* Ueber die Constr. 9, 45, 18. — *somnio*, Val. Max. 1, 7, 3: *exta somnio congruerunt*, vgl. 2, 36, 4. — *fata inpl.*, 1, 7, 11.

12—16. *haruspic.*, es wird vorausgesetzt, dass mehrere die Feldherrn in den Krieg begleiten, s. c. 9, 1; 25, 16, 3; 27, 16, 15, wodurch sie nach Rom selbst erst aus Etrurien geholt werden, s. 27, 37, 6. — *propalam* etc., nach dem Beschlusse des Kriegsrathes. — *conparant*, wie über die Provinzen u. s. w. — *inde* entsprechend: *ab utra p.*, wir: wo. — *Quirit.*, 5, 41, 3; Becker 2, 1, 23. — *agitatum*, ein anderer Beschluss des Kriegsrathes. — *si q. u.*, c. 4, 6. — *ut—uti*, 2, 27, 2. — *ad prisc. red. m.*, dass dieselbe gesunken ge-

Digitized by Google

mores. curam acuebat, quod adversus Latinos bellandum erat, lingua moribus armorum genere institutis ante omnia militaribus congruentes: milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis conpares collegaeque isdem praesidiis, saepe isdem manipulis permixti fuerant. per haec ne quo errore milites caperentur, edicunt consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.

7. Forte inter ceteros turmarum praefectos, qui exploratum in omnes partes dimissi erant, T. Manlius consulis filius super castra hostium cum suis turmalibus evasit, ita ut vix teli iactu ab statione proxima abesset. ibi Tusculani erant equites; praeerat Geminus Maecius, vir cum genere inter suos tum factis clarus. is ubi Romanos equites insignemque inter eos praecedentem consulis filium — nam omnes inter se, utique inlustres viri, noti erant — cognovit: „unane" ait „turma, Romani, cum Latinis sociisque bellum gesturi estis? quid interea consules, quid duo exercitus consulares agent?" „aderunt in tempore" Manlius inquit, et cum illis aderit Iuppiter ipse, foederum a vobis violatorum testis, qui plus potest polletque. si ad Regillum lacum ad satietatem vestram pugnavimus, hic quoque efficiemus profecto, ne nimis acies vobis et conflata signa nobiscum cordi

wesen sei, ist nicht unmöglich, s. 7, 38f.; doch war schon grosse Genauigkeit und Strenge nöthig um Irrthum und Verrath zu vermeiden. — *lingua* etc., eine für die Kenntniss der Verhältnisse der beiden Bundesstaaten wichtige Stelle, c. 4, 3. — *arm. gen.*, c. 8, 14ff. — *institutis*, schon die Gleichheit der Kriegsorganisation machte die vieler anderen Verhältnisse nöthig. — *conlegae q.*, s. 7, 1, 6, erklärend zugesetzt. — *isdem praes.*, Posten, Besatzungen; *manipul.* sonst im Dienste. Das Letzte *manipul. permixti* geht mehr auf *milites*; die Ordnung ist chiastisch; die 1, 52, 6 erwähnte Einrichtung wird also hier wenigstens nicht als stehende vorausgesetzt, vgl. c. 8, 15; 2, 64, 10; 3, 18, 7. Der ganze Satz: *milites milit.* etc. ist asyndetisch erklärend, und als Nominativ, *quod* etc. entsprechend, zu fassen. — *edicunt* etc., s. 7, 12, 12 u. a.

7. 1—4. *turmar. praef.*, sonst sind dieses die Anführer der Turmen, welche von einzelnen Staaten der socii als Contingent für das röm. Heer gestellt werden, s. Polyb. 6, 21: *αἱ δὲ πόλεις* (die Bundesgenossen) *ποιησάμεναι τὴν ἐκλογὴν — ἐκπέμπουσιν, ἄρχοντα συστήσασαι καὶ μισθοδότην*, vgl. zu 8, 11, 4; 10, 29, 9; 44, 40, 5: *duae turmae Samnitium equitum, quibus praeerat M. Sergius*; sie sind nicht mit den *praefecti socium*, s. c. 36, 6, zu verwechseln. — *Tuscul.*, auch diese, obgleich röm. Bürger, haben sich empört, s. c. 14, 4. — *praeer.*, als praefectus. — *illustres*, L. scheint an die *equites illustres* seiner Zeit zu denken, s. zu 7, 8, 1. — *cognov.*, s. 1, 6, 1 = *agnovit*, 7, 39, 13. — *ait*, 1, 24, 4.

5—9. *Manlius inq.*, sonst setzt L. den Namen des Redenden nach *inquit*, vgl. jedoch Cic. Or. 1, 33, 149; 2, 8, 31 u. a. — *ad sat.*, 24, 38, 9. —

Digitized by Google

sint." ad ea Geminus paulum ab suis equo provectus: „visne 7
igitur, dum dies ista venit, qua magno conatu exercitus moveatis,
interea tu ipse congredi mecum, ut nostro duorum iam hinc
eventu cernatur, quantum eques Latinus Romano praestet?" mo- 8
vet ferocem animum iuvenis seu ira seu detractandi certaminis
pudor seu inexsuperabilis vis fati. oblitus itaque imperii patrii
consulumque edicti praeceps ad id certamen agitur, quo vinceret
an vinceretur, haud multum interesset. equitibus ceteris velut ad 9
spectaculum summotis spatio quod vacui interiacebat campi ad-
versos concitant equos; et cum infestis cuspidibus concurrissent,
Manlii cuspis super galeam hostis, Maecii trans cervicem equi
elapsa est. circumactis deinde equis cum prior ad iterandum 10
ictum Manlius consurrexisset, spiculum inter aures equi fixit. ad
cuius vulneris sensum cum equus prioribus pedibus erectis ma-
gna vi caput quateret, excussit equitem, quem cuspidi parmaque 11
innixum attollentem se ab gravi casu Manlius ab iugulo, ita ut
per costas ferrum emineret, terrae adfixit; spoliisque lectis ad 12
suos revectus cum ovante gaudio turma in castra atque inde ad
praetorium ad patrem tendit, ignarus facti futurique, laus an poena
merita esset. „ut me omnes" inquit, „pater, tuo sanguine ortum 13
vere ferrent, provocatus equestria haec spolia capta ex hoste
caeso porto." quod ubi audivit consul, extemplo filium aversa- 14
tus contionem classico advocari iussit. quae ubi frequens con- 15

cordi, angenehm, etwas Erfreuliches, 26, 50, 4; 30, 17, 12 u. a., gewöhnlicher wird es von den Göttern gebraucht, 6, 9, 3 u. a. — *qua* etc., ironisch. — *nostro d.*, 7, 40, 9. — *iam h.*, von jetzt an nun, jetzt sogleich, vgl. 40, 35, 14; anders 7, 29, 1. — *inexsuper.*, 37, 53, 11; Ovid. Met. 15, 807: *insuperabilis* u. a., s. Einleit. S. 18. — *patrii*, schon dem hätte der Sohn folgen müssen, aber der Vater hatte den Befehl auch als Consul erlassen, § 15. — *vinceret*, weil der Kampf überhaupt verpönt war. — *ad spect.*, 21, 42, 1. — *vacui campi* ist in den Relativsatz gezogen, wie sonst die Apposition, 2, 20, 5 u. a., und als partitiver Genitiv von *quod* abhängig gemacht, s. 24, 32, 7; 1, 12, 1. — *cuspidibus*, lange, oben und unten mit eiserner Spitze versehene Lanzen, 4, 38, 4; § 10 *spiculum*. — *elapsa*, vgl. 3, 37, 2.

10—12. *excussit*; Tac. Ann. 1, 65: *excussis rectoribus*, sonst *deici* oder *effundi*. — *circumact.*, s. 10, 11, 1. *parma*, 4, 39, 1. — *attollentem*, conatus, 4, 19, 5; 10, 19, 1; Verg. Aen. 4, 690. — *atque inde*, und so fort. — *ad—ad*, vgl. 7, 36, 7; 5, 47, 7. — *facti*, er wusste nicht was er gethan hatte, (hielt fälschlich seine That für löblich, § 13: *ut me omnes* etc.) und was daraus folgen, wie sie aufgenommen werden würde: was freilich nach c. 6, 16 nicht zweifelhaft sein konnte, vgl. Cic. or. 2, 26, 113: *quid fiat, factum futurumve sit*; ib. 24, 104 u. a.

13—18. *merita*, s. 26, 33, 2. — *ferrent*, 6, 36, 7. — *classico*, 7, 36,

Digitized by Google

venit: „quandoque“ inquit „tu, T. Manli, neque imperium consulare neque maiestatem patriam veritus adversus edictum nostrum
16 extra ordinem in hostem pugnasti, et quantum in te fuit disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res, solvisti, meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut rei publicae mihi
17 aut mei meorumque obliviscendum sit, nos potius nostro delicto plectemur, quam res publica tanto suo damno nostra peccata luat. triste exemplum, sed in posterum salubre iuventuti erimus.
18 me quidem cum ingenita caritas liberum tum specimen istud
19 virtutis deceptum vana imagine decoris in te movet: sed cum aut morte tua sancienda sint consulum imperia, aut inpunitate in perpetuum abroganda, ne te quidem, si quid in te nostri sanguinis est, recusare censeam, quin disciplinam militarem culpa tua pro-
20 lapsam poena restituas. i, lictor, deliga ad palum.“ exanimati omnes tam atroci imperio, nec aliter quam in se quisque destrictam cernentes securem, metu magis quam modestia quievere.
21 itaque velut emerso ab admiratione animo, cum silentio defixi stetissent, repente, postquam cervice caesa fusus est cruor, tam libero conquestu coortae voces sunt, ut neque lamentis neque
22 execrationibus parceretur, spoliisque contectum iuvenis corpus, quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest, stru-

9. — *quandoque* alterthümlich, ein verstärktes *quando*: da du einmal, wie *ubique* u. a., s. 9, 10, 9; Cic. Verr. 3, 80, 187; in anderem Sinne gebraucht 1, 31, 4. — *maiestatem p.*, 4, 45, 8. — *mei m.*, 24, 8, 11. — *tanto s. d.*, Auflösung der Kriegszucht. — *triste* etc. 24, 8, 20. — *deceptum* könnte nur so auf *specimen* bezogen werden, dass es der That statt der Person beigelegt wäre: der Beweis, den du gabst, weil du dich täuschen liessest durch u. s. w., der hervorgegangen ist aus einem falschen Begriff von Ehre, vgl. Ov. Pont. 4, 8, 15: *coeperat — deceptae ignoscere culpae*; Stat. Silv. 2, 1, 97: *post cineres deceptaque funera matris*; ähnliche, wenn auch weniger harte Uebertragungen s. 1, 60, 1; 27, 28, 13; 10, 1, 5; 22, 17, 2. — *in te* scheint zu *movet* zu gehören. Madvig nimmt *te* als Abl. u. bezieht *in te* nur auf *specimen—decoris*.

19—20. *sancienda*, 24, 37, 9. *ne te q.*, du nicht einmal, denn von mir versteht es sich von selbst; auch ist diese Ansicht schon § 17 angedeutet. *i lict.* 1, 26. 11. — *palum*, 2, 5, 6. — *destrict.* sonst von dem Schwerte: entblösst, gezückt. — *securem*, 9, 16, 17; 3, 36, 4; *securim* 1, 40, 7 u. a. — *itaque* giebt die Folge von *magis metu* etc. an: weil in höherem Grade die Furcht Ursache der Ruhe gewesen war, brachen sie, als wenn — in Geschrei aus; hätten sie aus Achtung vor dem Gebot u. sittlichem Gefühle Ruhe gehalten, so wäre dieses nicht geschehen, sie wären auch ferner ruhig geblieben. In *velut emerso—animo* ist die Hauptsache vorangestellt, u. in *repente—tam* der Gedanke fortgesetzt, nachdem *cum defixi st.* den vor *emerso* bereits eingetretenen Zustand kurz wiederholt, s. 7, 34, 8: *cum*; 3, 5, 8; *postq. — cruor* die unmittelbare Veranlassung des Erwachens aus dem Staunen angegeben hat. — *fu-*

Digitized by Google

cto extra vallum rogo cremaretur, Manlianaque imperia non in praesentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent. Fecit tamen atrocitas poenae oboedientiorem duci militem, et praeterquam quod custodiae vigiliaeque et ordo stationum intentioris ubique curae erant, in ultimo etiam certamine, cum descensum in aciem est, ea severitas profuit. fuit autem civili maxime bello pugna similis: adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana re praeter animos erat. 8 2

Clipeis antea Romani usi sunt; dein, postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clipeis fecere; et quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies coepit 3

nus, 3, 43, 7. *Manliana*, 4, 29, 6; Gell. 1, 13, 7. — *in praesentia* findet sich nicht selten auch von der Vergangenheit gebraucht, wenn dieselbe als damals gegenwärtig der Zukunft entgegengestellt wird, s. c. 33, 15; 7, 37, 2; 2, 44, 2 u. a.

8. 1—2. *custodiae*, Wachen bei einzelnen Gegenständen, Posten, hier im Gegensatze zu *vigiliae* besonders Tagwachen, *excubiae*. — *ordo stat.*, der regelmässige Dienst der Posten vor dem Lager, 3, 5, 4. — *intent. c.*, ein Gegenstand grösserer Sorgfalt, 30, 28, 9. *civili b.* = *pugnae, qualis in civili b. esse solet*, 1, 23, 1. — *Romana re*, die röm. Einrichtung; seit 1, 52 hat L. nicht daran erinnert.

8. 3—19. Die Manipularstellung, s. Polyb. 6, 19; Varro L. L. 5, 88 f.

3. *clipeis* ist nicht genau, da nach 1, 43, 2 nur die erste Classe clipei hatte; wäre aber bei *antea* an die Zeit vor Servius, bei *stipendiarii f.* an die Einführung des Soldes durch die einzelnen Tribus, nicht an die Zahlung *de publico*, 4, 59, 11, gedacht, so wären, da schon Servius das Tributum einführte, die *scuta* schon in der Servianischen Legion allgemein gewesen. Dass auch im Uebrigen Veränderungen in den Waffen vorgenommen sind, geht aus dem Folgend. hervor. — *postquam st. f. s.*, nach Einführung des Soldes; *stipendiarii*, Soldempfangende Tac. Ann. 4, 73; sonst Tributpflichtige, s. 4, 49 f. — *scuta*, s. 1, 43, 4, nach den Alten v. den Samniten entlehnt, s. Sall. C. 51, 38. — *fecere*, sie liessen sie sich machen, verschafften sie sich. — *quod—hoc*, verallgemeinernd st. *quae acies — haec*, vgl. 2, 38, 5; 30, 30, 12; *quod* n. *fuit*. — *antea*, vor der Einführung der Manipularstellung, die wahrscheinlich Camillus in den Kämpfen gegen die Gallier zuerst anwendete um den heftigen Ansturm derselben zu brechen und sie dann mit neuen Truppen anzugreifen, s. § 4, zu 6, 42, 6; vgl. Nieb. R. G. 1, 531; 3, 112. — *phalanges*, die einzelnen Abtheilungen der Maced. Phalanx, vgl. zu 44, 41, 1; zu Curtius 5, 7, 3 f. — *Macedonic.*, s. 9, 19, 8; diese lernten die Römer erst im Kriege mit Pyrrhus kennen; die römische Phalanx war wahrscheinlich die altdorische; daher *similes*, s. Lange 1, 391; Mommsen, 1, 95; 442 f. — *hoc* etc., diese Masse bildete später eine nach Manipeln aufgestellte Schlachtreihe, die Phalangen wurden in Manipeln aufgelöst.

4. *postremo* ist schwerlich auf die Zeit zu beziehen, so dass es *antea — postea* entspräche, weil es sonst *primum—postea* heissen würde, und § 5—7 die *manipulatim*, nicht eine nach *ordines* geordnete Schlachtlinie geschildert wird; sondern local: der letzte Theil der acies war in *ordines* aufgestellt, so dass

Digitized by Google

4 esse: postremo in plures ordines instruebantur. [ordo sexage-
5 nos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat.] prima
acies hastati erant, manipuli quindecim, distantes inter se modi-

Iunius commovit hostem, laevo dextrum cornu, sacratos more Samnitium milites eoque candida veste et paribus candore armis insignes. eos se Orco mactare Iunius dictitans, cum intulisset signa, turbavit ordines et haud dubie inpulit aciem. quod ubi 10
sensit dictator: „ab laevone cornu victoria incipiet" inquit, „et dextrum cornu dictatoris acies alienam pugnam sequetur, non partem maximam victoriae trahet?" concitat milites; nec pedi- 11
tum virtuti equites aut legatorum studia ducibus cedunt. M. Va- 12
lerius a dextro, P. Decius ab laevo cornu, ambo consulares, ad equites in cornibus positos evehuntur, adhortatique eos, ut partem secum capesserent decoris, in transversa latera hostium incurrunt. is novus additus terror cum ex parte utraque circum- 13
vasisset aciem, et ad terrorem hostium legiones Romanae redintegrato clamore intulissent gradum, tum fuga ab Samnitibus coepta. iam strage hominum armorumque insignium campi re- 14
pleri. ac primo pavidos Samnites castra sua accepere, deinde ne ea quidem retenta; captis direptisque ante noctem iniectus ignis. dictator ex senatus consulto triumphavit, cuius triumpho 15
longe maximam speciem captiva arma praebuere. tantum magni- 16
ficentiae visum in iis, ut aurata scuta dominis argentariarum ad

7—14. *sinistro* ist Dativ, vgl. 29, 34, 1; der mag. equit. befehligt diesesmal nicht die Reiterei, s. 8, 38, 16; 4, 27, 1. — *certamen* bei *cum hoste*: Kampf; bei *inter dict. etc.*: Wettkampf. — *Orco*, wie 8, 9, 8: *Telluri*. — *inpulit* wiederholt *commovit*, c. 27, 10. — *trahet*, c. 19, 5; 6, 40, 18: *nisi partem petendo totum traxeris*. — *legator.*, die sogleich genannten, s. § 21, welche sich nach L. ohne besonderen Auftrag, aber wol von dem Dictator dazu bestimmt, an die Spitze der Reiterei stellen. Die der Samniten ist wie 7, 37, 7 nicht erwähnt. — *ducibus*, s. c. 18, 11: *hominis etc.*, vgl. 6, 12, 11. — *in transv. lat.*, ein Flankenangriff. — *novus*, in Bezug auf § 9: *inpulit*, und § 11: *concitat etc.* — *ex parte utr.*, wie § 12: *a dextro etc.* — *ad terror.*, c. 27, 11. — *accepere*, s. 4, 31, 3: *castra — turbatos accepere.*

15—16. *ex sen. c.* wird gewöhnlich nicht erwähnt. — *triumph.*, nach den Triumphalfasten *a. CDXLIV. Idib. Oct.* — *captiva*, s. 1, 53, 3. *argentar.* n. *tabernarum*, zu 1, 35, 9, auf den beiden Längenseiten des Forum, 27, 11, 16; Becker 1, 295 f. Obgleich die Römer damals noch keine Silbermünzen prägten, s. 4, 60, 6, so konnten doch schon Wechsler in Rom sein und *argentarii* genannt werden, da aus Unteritalien und Etrurien gewiss viel

Digitized by Google

forum ornandam dividerentur. inde natum initium dicitur fori
17 ornandi ab aedilibus, cum tensae ducerentur. et Romani quidem ad honorem deum insignibus armis hostium usi sunt; Campani ab superbia et odio Samnitium gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt Samnitiumque nomine
18 conpellarunt. — Eodem anno cum reliquiis Etruscorum ad Perusiam, quae et ipsa indutiarum fidem ruperat, Fabius consul
19 nec dubia nec difficili victoria dimicat. ipsum oppidum — nam ad moenia victor accessit — cepisset, ni legati dedentes urbem
20 exissent. praesidio Perusiae inposito legationibus Etruriae amicitiam petentibus prae se Romam ad senatum missis consul praestantiore etiam quam dictator victoria triumphans urbem est in-
21 vectus; quin etiam devictorum Samnitium decus magna ex parte ad legatos, P. Decium et M. Valerium, est versum; quos populus proximis comitiis ingenti consensu consulem alterum alterum praetorem declaravit.

Silbergeld nach Rom kam, vgl. 7, 21, 5. — *ornand.* bei feierlichen Gelegenheiten. — *nat. inil.*, praef. 12. — *fori orn. ab aed.* gehört zusammen, das gerund. ist passiv, und mit *a* verbunden, s. Cic. Fam. 3, 11, 3; Milon. 38, 104: *fortem a vobis conservandum civem*; Attic. 6, 6, 4: *rem a nobis — non negligendam* u. a., vgl. 6, 35, 7. Die Aedilen als curatores ludorum sollemnium besorgten die Ausschmückung des Forum, Becker 2, 2, 324 f. — *tensae*, 5, 41, 2; Fest. p. 364: — *tensa vehiculum, quo exuviae deorum ludicris Circensibus in circum ad pulvinar vehuntur.* Dass der Zug über das Forum gieng sieht man aus dem Vorhergeh., vgl. Preller S. 197.

17. *ad hon.*, 2, 27, 6; 32, 38, 3: *ad pignus* u. a. — *Campani*, die Erwähnung der Campaner deutet darauf hin, dass sie an der Schlacht und der Beute Theil genommen haben, s. zu 10, 18, 3. Mit den ihnen zugefallenen Rüstungen waffneten sie Sclaven und nannten sie u. s. w. Den Namen und die Rüstung behielt diese Classe der Glad. auch in Rom. — *ab superbia*, s. c. 6, 5. — *odio*, vgl. 7, 29; 30. — *quod sp.*, s. 2, 20, 5, vgl. c. 29, 9: *gens, cuius.* — *inter ep.*, in dem üppigen Capua, das auch später „ein Hauptort für Gladiatorschulen" war, s. Cic. Sest. 4, 9, schon lange vorher, ehe dieses in Rom Sitte wurde, Strabo 5, 4, p. 250; Sil. It. 11, 51; Friedländer, Darstell. aus der Sittengesch. Roms 2, 186. — *conpell.*, Duker: conpellare non raro contemptus, convicii et reprehensionis significationem habet, s. 34, 2, 8.

18—21. *ad Perus.*, wahrscheinlich ist die nach c. 37, 11 in manchen Annalen erwähnte Schlacht gemeint. — *et ipsa*, von der Stadt statt von den Bewohnern gesagt, s. c. 13, 8: welche ebenso (wie die übrigen Etrusker) am Kampfe Theil nahm, nachdem sie den Waffenstillstand gebrochen hatten. — *fid. r.* wie 8, 37, 2. — *praesidio — missis*, der eine abl. abs. dem anderen untergeordnet. — *triumph., pro cos. ann. CDXLIV. Idib. Novembr.* — *quin et* etc., der Triumph war nicht allein noch (*etiam*) glänzender — sondern man schrieb sogar.

Digitized by Google

Fabio ob egregie perdomitam Etruriam continuatur consu- 41
latus, Decio collega datur. Valerius praetor quartum creatus.
consules partiti provincias: Etruria Decio, Samnium Fabio eve- 2
nit. *is* profectus ad Nuceriam Alfaternam, tum pacem petentis, 3
quod uti ea, cum daretur, noluissent, aspernatus est; oppugnando
ad deditionem subegit. cum Samnitibus acie dimicatum; haud 4
magno certamine hostes victi; neque eius pugnae memoria tra-
dita foret, ni Marsi eo primum proelio cum Romanis bellassent.
secuti Marsorum defectionem Paeligni eandem fortunam habuerunt.
Decio quoque, alteri consuli, secunda belli fortuna erat. Tarqui- 5
niensem metu subegerat frumentum exercitui praebere atque in-
dutias in quadraginta annos petere. Vulsiniensium castella ali- 6
quot vi cepit; quaedam ex his diruit, ne receptaculo hostibus
essent; circumferendoque passim bello tantum terrorem sui fecit,
ut nomen omne Etruscum foedus ab consule peteret. ac de eo 7

41. 1. *continuatur* c., er wurde also von dem Gesetze 7, 42, 2, vgl. 10, 13, 8, entbunden. *Decio*, c. 28. Die Capitol. Fasten lassen zur Ausgleichung der Jahre, s. 8, 37, 1, die Dictatur des Papir. zwischen den beiden Consulaten des Fabius ein ganzes Jahr dauern: *L. Papirius Sp. f. L. n. Cursor II. dict. rei gerundae causa C. Iunius — Mag. eq. Hoc anno dictator et mag. eq. sine cos. fuerunt.* Da L., wie die Worte im Texte zeigen, dieses Jahr nicht zählt, so ist er von jetzt an um zwei Jahre hinter denen der Fasten zurück, Fabius ist nach ihm 444, nicht 446 (zum drittenmale) Consul. — *datur* ist vielleicht zugesetzt, weil die Wahl schon c. 40, 21 angedeutet ist. Madvig hält das Wort für unächt.

2—4. *is* findet sich nur in späteren Hss., s. 10, 1, 9. — *Nuceriam*, nachdem der Versuch zur See c. 38 misslungen ist. *Alfat.* von *Alb* (*albus*) und dem Suffix *terna*, wie in *Ami-ternum* u. a., Mommsen Dial. 247. — *daretur*, als vorher angeboten wurde, sie erhalten sollten, s. 31, 19, 3; die Zusammenstellung der Verba s. zu 33, 6, 5. — *opp. ad dedit.*, nach derselben haben sie wahrscheinlich eben solche Bedingungen erhalten, wie die übrigen Campaner, s. c. 43, 24. — *Marsi*, diese und die Paeligner, bis jetzt Rom befreundet, daher *primum* und *defectionem*, haben sich an ihre Stammgenossen, s. 8, 6, 8, ib. 29, 4, angeschlossen, s. c. 38, 7; 45, 18, zugleich die ihnen benachbarten Herniker und Aequer, so dass alle Völker von Samnium bis nach Etrurien den Römern gegenüberstehen. Nach Diod. 20, 44 hätten die Samniten die Marser bekriegt, die Römer diesen beigestanden. — *eand. fort.* in Bezug auf *victi*, anders im Folgend. *fortuna*.

5—7. *Tarquin.*, s. c. 29, 1. Sie scheinen, da sie abgesondert von den übrigen Etruskern, s. c. 37, 12, einen Waffenstillstand schliessen, den Krieg wie die Vulsinier erst später begonnen zu haben. — *quadraginta*, wie 7, 22, 5. — *frument.*, 8, 2, 4. — *Vulsin.*, 5, 32. — *castella*, in der Nähe der Stadt, Abecken Mittelitalien u. s. w. S. 35. — *nom.*—

Digitized by Google

quidem nihil impetratum; indutiae annuae datae. stipendium exercitu Romano ab hoste in eum annum pensum, et binae tunicae in militem exactae: ea merces indutiarum fuit.

8 Tranquillas res iam Etruscis turbavit repentina defectio Umbrorum, gentis integrae a cladibus belli, nisi quod transitum 9 exercitus ager senserat. ii concitata omni iuventute sua et magna parte Etruscorum ad rebellionem conpulsa tantum exercitum fecerant, ut relicto post se in Etruria Decio ad oppugnandam inde Romam ituros, magnifice de se ac contemptim de Romanis lo- 10 quentes, iactarent. quod inceptum eorum ubi ad Decium consulem perlatum est, ad urbem ex Etruria magnis itineribus pergit 11 et in agro Pupiniensi ad famam intentus hostium consedit. nec Romae spernebatur Umbrorum bellum, et ipsae minae metum fecerant expertis Gallica clade, quam intutam urbem incolerent. 12 itaque legati ad Fabium consulem missi sunt, ut, si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam propere exercitum duceret. 13 dicto paruit consul, magnisque itineribus ad Mevaniam, ubi tum 14 copiae Umbrorum erant, perrexit. repens adventus consulis, quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant, ita exterruit Umbros, ut alii recedendum ad urbes munitas, qui- 15 dam omittendum bellum censerent; plaga una — Materinam

pet., c. 40, 20. — *ac — quidem*, s. 27, 18, 4; 32, 35, 3, wie sonst *et — quidem*. *de eo* wie *mittere de*, 2, 18, 9; *concedere de*, 6, 42, 11; *postulare, recusare, abnuere*, 10, 10, 8, *de* u. a.: das Erbetene erlangen in Betreff u. s. w. — *indutiae*, c. 37, 12. — *stipend.*, c. 43, 6. — *exercitu*, c. 5, 6. — *binae*, 7, 37, 2.

8—9. *tranquill.* etc., den bereits eingegangenen Waffenstillstand. — *Etruscis* = *cum Et. iam essent*, vgl. 8, 13, 2. *Etrus.* gehört wol auch zu *turbavit*. — *defectio*, bis jetzt sind nur die Camertes mit Rom verbunden gewesen, c. 36, 7; 37, 1. — *Umbror.*, den sabinischen Völkern stammverwandt. — *integrae a* wie *liber* construirt, s. 45, 37, 8. — *nisi q.*, 4, 12, 9. — *transit.*, dieses ist vorher nicht erwähnt, Nieb. 1, 511. — *senserat*, s. c. 37, 1. — *post se*, sie umgehen Decius, wol durch Umbrien, während er in Etrurien steht. — *magnifice*, wie 7, 30, 6.

10—13. *Pupiniensi*, 26, 9, 12: *dextrorsus Gabios descendit*: *inde in Pupiniam exercitu demisso octo milia passuum ab Roma posuit castra*. — *ad famam* ist mit dem regierenden Particip verbunden und so *hostium* von seinem Nomen getrennt, s. 8, 30, 10; 26, 39, 6 u. a., vgl. 6, 23, 4. — *quam int.* etc., indess war damals die Stadt nicht vertheidigt, die Thore nach L. sogar offen, 5, 38, 10. — *Fabium*, warum nicht Decius, ist nicht angegeben. — *laxamenti* etc., wenn er einige Erleichterung habe, abkommen könne, s. 6, 31, 5; 2, 24, 5. — *Mevaniam*, am Fl. Tinea, noch weit von der römischen Grenze.

14—16. *crediderant*, 2, 18, 9. *plaga u.*, ein Canton, wie 31, 2, 6; 33, 37, 1 eine *tribus Sapinia* in Um-

Digitized by Google

ipsi appellant — non continuit modo ceteros in armis, sed confestim ad certamen egit. castra vallantem Fabium adorti sunt. quos ubi effusos ruere in munimenta consul vidit, revocatos mi- 16
lites ab opere, prout loci natura tempusque patiebatur, ita instruxit; cohortatusque praedicatione vera qua in Tuscis, qua in Samnio partorum decorum exiguam appendicem Etrusci belli conficere iubet et vocis inpiae poenas expetere, qua se urbem Romanam oppugnaturos minati sunt. haec tanta sunt alacritate 17
militum audita, ut clamor sua sponte ortus loquentem interpellaverit ducem. ante imperium, ante concentum tubarum ac cornuum cursu effuso in hostem feruntur. non tamquam in viros 18
aut armatos incurrunt: mirabilia dictu! signa primo eripi coepta signiferis, deinde ipsi signiferi trahi ad consulem, armatique milites ex acie in aciem transferri, et sicubi est certamen, scutis magis quam gladiis geritur res; umbonibus incussaque ala sternuntur hostes. plus capitur hominum quam caeditur, atque una 19
vox ponere arma iubentium per totam fertur aciem. itaque inter 20
ipsum certamen facta deditio est a primis auctoribus belli. postero insequentibusque diebus et ceteri Umbrorum populi deduntur; Ocriculani sponsione in amicitiam accepti.

brien erwähnt wird. An u. St. müsste, wie *pagus* Caes. G. 1, 12, *plaga* mit Rücksicht auf die Bewohner gesagt sein, s. c. 37, 1: *ora*; 5, 34, 9; 10, 2, 7, während sonst das Wort in seiner localen Bedeutung mehr dichterisch ist und von den Bewohnern nicht gebraucht wird. — *prout — ita*, mehr bei Späteren gewöhnlich, auch L. fügt sonst *ita* nicht hinzu. — *appendic.*, vgl. 30, 40, 3: *parva accessio*; 31, 7, 9. — *vocis, qua*, 24, 22, 9. — *minati s.* geht wieder in die Erzählung über, vgl. c. 25, 5.

17—18. *imperium* (zum Angriff), nach dem sonst erst das Zeichen mit den Blasinstrumenten gegeben wird. — *concentum*, Veget. 2, 22: *quotiens pugnaturi* (sunt milites) *et tubicines et cornicines pariter canunt.* — *mirabilia d.*, s. c. 29, 10; 7, 26, 5, im Plural in Beziehung auf die folg. fabelhaften Erscheinungen; ein Ausruf der Verwunderung; ähnlich *rem incredibilem* 4, 17, 4; die Bezeichnung des Gegensatzes war dabei nicht nöthig. — *ex acie*, aus der der Umbrer in die römische. — *umbonib.*, vgl. Curt. 3, 25, 6: *vix gladio futurum opus, totam aciem — umbonibus posse propelli*, vgl. 34, 46, 10. — *ala*, vgl. *ax-illa*. — *sternunt.*, wie oft = *prosternuntur*.

19—20. *iubentium*, n. *Umbrorum*. — *deditio*, nach dieser mussten die dediticii erwarten, welches Verhältniss die Römer ihnen anweisen würden, 6, 3, 3; während dieses durch die sponsio sogleich festgestellt zu sein scheint. Die sponsio, s. c. 5, 2, wird hier als ein schon an sich verpflichtender, nicht erst ein foedus vorbereitender Vertrag betrachtet, den der Consul wahrscheinlich im Auftrage des Senates schloss, s. c. 9, 4, Mommsen Forsch. 1, 337. — *ceteri*, s. 1, 1, 1, die übrigen Umbrer im Gegensatze zu den Ocriculanern im südlichen Theile Umbriens an der Tiber. Die Etrusker § 9 werden nicht wieder erwähnt. — *Ocricul.*, s. 25, 14, 14.

Digitized by Google

42 Fabius, alienae sortis victor belli, in suam provinciam exer-
2 citum reduxit. itaque ei ob res tam feliciter gestas, sicut priore anno populus continuaverat consulatum, ita senatus in insequentem annum, quo Ap. Claudius L. Volumnius consules fuerunt,
3 prorogavit maxime Appio adversante imperium. Appium censorem petisse consulatum, comitiaque eius ab L. Furio tribuno plebis interpellata, donec se censura abdicarit, in quibusdam an-
4 nalibus invenio. creatus consul, cum collegae novum bellum, Sallentini hostes decernerentur, Romae mansit, ut urbanis ar-
5 tibus opes augeret, quando belli decus penes alios esset. Volumnium provinciae haud paenituit: multa secunda proelia fecit, aliquot urbes hostium vi cepit. praedae erat largitor, et benignitatem per se gratam comitate adiuvabat; militemque his artibus
6 fecerat et periculi et laboris avidum. Q. Fabius pro consule ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu signis conlatis confligit. minime ambigua res fuit: fusi hostes atque in castra compulsi. nec castra forent retenta, ni exiguum superfuisset diei; ante noctem tamen sunt circumsessa et nocte custodita, ne quis elabi
7 posset. postero die vixdum luce certa deditio fieri coepta, et pacti, qui Samnitium forent ut cum singulis vestimentis emitte-
8 rentur: ii omnes sub iugum missi. sociis Samnitium nihil cautum; ad septem milia sub corona veniere. qui se civem Herni-

42. Krieg gegen die Sallentiner und in Samnium. Diod. 20, 80.

2—4. *al. sortis*, die durch das Loos einem Anderen zugefallene *provincia*, Aufgabe. — *vict. belli*, 6, 4, 1. — *senatus*, wie oft, scheint der Senat allein das imperium verlängert zu haben, s. 8, 23, 12; Becker 2, 2, 449. — *App. adv.*: der Senat in Folge des c. 29; 33 und 46 Erwähnten auf Appius erzürnt, giebt ihm keine Gelegenheit Kriegsruhm zu erlangen, § 4. — *censor.*, noch als Censor. Wenn Appius im Laufe des Jahres 442 (nach L.'s Zählung 441), s. c. 29, 6; 33, 4, die Censur angetreten hat, so geht ein lustrum von 5 Jahren nach den Capitol. Fasten, welche ein Jahr einschieben, s. c. 41, 1, erst in diesem Jahre (447) zu Ende. — *interpell.*, durch Intercession. — *abdicarit*, doch haben die Hss. *abdicavit*, s. 10, 26, 11. — *annalib.*, 4, 7, 10. — *creat.*, wol durch seine Partei, s. c. 46, 11. — *novum*, c. 31, 1. — *Sallent.*, an der Ostseite des Tarentinischen Meerbusens, Feinde der mit den Römern verbündeten Lucaner, vgl. 10, 2, 1; Diodor 20, 104. — *urbanis art.*, vgl. 10, 15, 12; ib. 22, 7. — *opes*, c. 46, 11.

6—8. *Allifas*, s. c. 38. Was er gegen die Sallentiner gethan habe ist übergangen, vgl. Diod. 20, 80. — *exiguum*, nur noch ein kleiner Theil, 25, 40, 3: *quorum perexigua pars comparet*, vgl. 3, 56, 4; 36 40, 5 u. a. — *pacti*, vor der Uebergabe hat dieses der römische Feldherr zugetanden, vgl. c. 41, 20; 7, 27, 8. — *singul.*, c. 15, 6. — *sub iug.*, vgl. 10, 36, 19. — *nihil caut.* kein Vorbehalt gemacht, s. 21, 18,

Digitized by Google

cum dixerat, seorsus in custodia habitus. eos omnes Fabius Ro- 9
mam ad senatum misit; et cum quesitum esset, dilectu an vo-
luntarii pro Samnitibus adversus Romanos bellassent, per Lati-
nos populos custodiendi dantur, iussique eam integram rem novi 10
consules P. Cornelius Arvina Q. Marcius Tremulus — hi enim
iam creati erant — ad senatum referre. id aegre passi Hernici; 11
concilium populorum omnium habentibus Anagninis in circo,
quem Maritimum vocant, praeter Aletrinatem Ferentinatemque
et Verulanum omnes Hernici nominis populo Romano bellum
indixerunt.

In Samnio quoque, quia decesserat inde Fabius, novi motus 43
exorti. Calatia et Sora praesidiaque, quae in his Romana erant,
expugnata, et in captivorum corpora militum foede saevitum.
itaque eo P. Cornelius cum exercitu missus; Marcio novi hostes 2
— iam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum iussum erat —
decernuntur. primo ita omnia opportuna loca hostes inter con- 3

8, wahrscheinlich war ihnen nicht gestattet worden sich unter Bedingungen, nach einem pactum zu ergeben, da die meisten Bundesgenossen der Römer gewesen waren, wie die Sabeller, Aequer, Herniker; daher wird nach der Strenge des Kriegsrechtes gegen sie verfahren.

9—10. *ad senat* , als Behörde über die Bundesgenossen; dort findet auch die Untersuchung statt (*quaesitum est*). — *dilectu* n. vom Staate angeordnet, s. 6, 6, 4. — *per*, in — herum.

11. *id*, dieses ganze Verfahren. — *Tremulus*, dieser Zuname kommt nur bei diesem Manne vor. — *concilium*, wie bei den Latinern, Samniten u. a. Die Herniker sind nicht mit den Latinern abgefallen, sondern seit 397 a. u., 7, 15, 9, mit den Römern verbündet gewesen, und der Grund ihrer Trennung in dieser Zeit ist nicht abzusehen. — *circo, quem M. v.*, eine sonst nicht bekannte Localität, wie der circus maximus in Rom, der Hain der Ferentina, 1, 50, 1, Schwegler 2, 290, wo die Herniker ihre Landtage halten. — *Aletr.* (*Aletrium*) *Fer.*, s. 4, 51; *Verulan.* (*Verulae*), Mommsen G. d. r. Münzw. 334. Die Städte liegen östlich von Anagnia, mehr im Gebirge. Ausser den genannten werden wenige Städte von einiger Bedeutung erwähnt, doch scheinen die Worte *omnes H. n.* eine grössere Macht der Herniker anzuzeigen. — *omnes H. n.*, vgl. 2, 2, 11; 45, 43, 4; dass die Herniker Staaten bildeten, war nach *populorum omn.* wol nicht nöthig zu wiederholen, doch wird *om. H. n. populi Romano* od. *Romanis* verm. — *nomin.*, s. 7, 7, 4.

43—45. Neue Erhebung der Samniten; Unterwerfung der Herniker und Aequer; Friede mit den Samniten und Sabellern. Diod. 20, 80; 90; 101; Nieb. 3, 298 f.; 305.

1—2. *Calatia*, c. 28. *Sora*, c. 24. Die Samniten, von den neuen Bundesgenossen unterstützt, s. c. 42, dringen wieder gegen Campanien und das Liristhal vor. — *Anagninis*, sie werden so den übrigen Hernikern entgegengestellt, als ob sie eine Hegemonie über dieselben gehabt hätten. — *bellum i.*, den vollständigen Ausdruck s. c. 45, 8: *populus Rom. bellum fieri Aequis iussit*, vgl. 21, 17, 4; allein nach

Digitized by Google

sulum castra interceperunt, ut pervadere expeditus nuntius non
4 posset, et per aliquot dies incerti rerum omnium suspensique de
statu alterius uterque consul ageret, Romamque is metus mana-
5 ret, adeo ut omnes iuniores sacramento adigerentur, atque ad
subita rerum duo iusti scriberentur exercitus. ceterum Hernicum bellum nequaquam pro praesenti terrore ac vetusta gentis
6 gloria fuit. nihil usquam dictu dignum ausi, trinis castris intra
paucos dies exuti, triginta dierum indutias, ita ut ad senatum
Romam legatos mitterent, pacti sunt semestri stipendio frumen-
7 toque et singulis in militem tunicis. ab senatu ad Marcium reiecti, cui senatus consulto permissum de Hernicis erat; isque eam
gentem in deditionem accepit. et in Samnio alter consul superior
8 viribus, locis inpeditior erat. omnia itinera obsaepserant hostes
saltusque pervios ceperant, ne qua subvehi commeatus possent;
neque eos, cum cotidie signa in aciem consul proferret, elicere
9 ad certamen poterat, satisque apparebat neque Samnitem certa-
10 men praesens nec Romanum dilationem belli laturum. adventus
Marci, qui Hernicis subactis maturavit collegae venire auxilio,
11 moram certaminis hosti exemit. nam ut qui ne alteri quidem

Auslassung des Infinitivs wird *iubere* = *decernere* und die Betheiligten können im Dative stehen, 10, 12, 3; 4 42, 33, 4: *bellum senatus Perseo iussisset*; häufiger ohne Dativ, s. 21, 17, 4; 32, 22, 12 u. a.

3—6. *interceperunt*, vgl. 25, 39, 2, Cornelius steht wahrscheinlich als Nachfolger des Fabius in Samnium, und ist hier durch die Herniker abgeschnitten. — *incerti* ungewöhnlich neben *uterq. cons. ageret*, vgl. 1, 41, 1; 16, 48, 5; 9, 21, 3. — *rer. omnium*, 4, 57, 3 u. a. — *adeo* etc., ein Zeichen der Grösse der Gefahr, häufiger werden gegen die Etrusker und Gallier alle iuniores aufgeboten, s. c. 29, 4; 7, 9, 6; 8, 20, 3 u. a. — *subita rer.*, 6, 32, 5; 25, 15, 20; 39, 54, 7. — *ceterum* etc., indess (waren diese Anstrengungen nicht nöthig), denn u. s. w. Die Schwäche der Herniker kann nicht auffallen, da die Anagniner fast allein stehen. — *ita ut*, unter der Bedingung dass. — *semestri stip.* nach Th. Mommsen, die Hdss. haben *bimestri*; vgl. § 21; 8, 2, 4; ib. 36, 11; Dion. 9, 59: ἀργύριον εἰς ὀψωνιασμὸν ἑξαμήνου; Marq. 3, 2, 75. — Der Ablat. giebt den Preis an, s. 10, 37, 5; 21, 61, 11 u. a.

7—9. *reiecti*, 5, 22, 1; der Senat, ohne das Volk zu befragen, beauftragt den Consul, s. c. 5, 1, die deditio selbst zu vollziehen, wol ohne Zuziehung von Fetialen, 7, 31; Lange 1, 402. — *de*, s. c. 41, 7. — *et*, in gleicher Weise, bezieht sich nur auf *superior*; im Folg. *locis inped.* vertritt der Chiasmus die Bezeichnung des Gegensatzes, und um Gleichheit des Ausdruckes zu gewinnen ist *erat* auch auf dieses Glied bezogen, st.: *sed locis iupeditioribus agebat* (*quam Marcius*). — *ne qua*, ihr Plan den Consul auszuhungern scheitert an der schnellen Unterwerfung der Herniker. — *latur.*, 7, 4, 2.

11—14. *ut qui*, als solche die, da

Digitized by Google

exercitui se ad certamen credidissent pares, coniungi utique passi duos consulares exercitus nihil crederent superesse spei, advenientem inconposito agmine Marcium adgrediuntur. raptim con- 12
latae sarcinae in medium, et, prout tempus patiebatur, instructa acies. clamor primum in stativa perlatus, dein conspectus procul pulvis tumultum apud alterum consulem in castris fecit: isque 13
confestim arma capere iussis raptimque eductis in aciem militibus transversam hostium aciem atque alio certamine occupatam invadit, clamitans summum flagitium fore, si alterum exercitum 14
utriusque victoriae conpotem sinerent fieri nec ad se sui belli vindicarent decus. qua impetum dederat perrumpit, aciemque 15
per mediam in castra hostium tendit et vacua defensoribus capit atque incendit. quae ubi flagrantia Marcianus miles conspexit et 16
hostes respexere, tum passim fuga coepta Samnitium fieri; sed omnia obtinet caedes, nec in ullam partem tutum perfugium est. iam triginta milibus hostium caesis signum receptui consules de- 17
derant, colligebantque in unum copias in vicem inter se gratantes, cum repente visae procul hostium novae cohortes, quae in supplementum scriptae fuerant, integravere caedem. in quas nec 18
iussu consulum nec signo accepto victores vadunt, malo tirocinio inbuendum Samnitem clamitantes. indulgent consules legionum 19
ardori, ut qui probe scirent novum militem hostium inter perculsos fuga veteranos ne temptando quidem satis certamini fore.

sie u. s. w. — *credidissent — crederent*, s. praef. 7, sind asyndetisch nebeneinandergestellt, s. 7, 2, 9; *coniungi utiq.* ist stärker zu betonen. — *conlatae*, sie bilden ein Quarré um dieselben. — *stativa* u. *Cornelii*, was erst im zweiten Gliede angedeutet ist, wo *in castris* den Begriff von *stativa* wiederholt, weil auch bemerkt werden sollte, was in demselben geschah, während *in stat.* nur die Richtung angiebt. — *transvers.*, c. 40, 12. Doch ist der Hergang nicht klar, da das Lager hinter der Schlachtreihe der Samniten ist (*respexere*), und das Durchbrechen der Linien (§ 15: *aciem per mediam*) den Feind mehr verwirren musste als der Rückblick auf das Lager. — *sui*, der ihnen angewiesene, vgl. c. 42, 1: *alienae sortis*. — *se sui* wie c. 26, 19: *nostra nos* u. ä.

15—19. *qua*, vgl. 4, 39, 2. — *aciem p. mediam*, vgl. c. 37, 11. — *colligebantque*, sie waren schon daran sich von verschiedenen Seiten zusammenzuziehen, nicht, wie man erwarten sollte, die Feinde zu verfolgen. — *gratantes*, 7, 13, 10. — *in vicem*, abwechselnd, steigert mit *inter se* verbunden den Ausdruck für das reciproke Verhältniss: abwechselnd unter einander, und wird dann für *inter se* selbst gebraucht, s. Plin. 17, 24, 239, vgl. L. 8, 24, 7: *mutuo inter se*. — *in supplem. sc.*, s. Nieb. 3, 300. — *nec iussu c.*, c. 41, 17. — *malo tir. inb.*, weil sie eben ausgehoben sind: man müsse sie schlimmes Lehrgeld zahlen lassen. — *inter — veteran.*, die also, wie auch § 20: *veteres* zeigt, an dem Kampfe wieder Theil nehmen. —

Digitized by Google

20 nec eos opinio fefellit: omnes Samnitium copiae, veteres novaeque, montes proximos fuga capiunt. eo et Romana erigitur acies, nec quicquam satis tuti loci victis est, et de iugis, quae ceperant,
21 funduntur; iamque una voce omnes pacem petebant. tum trium mensum frumento imperato et annuo stipendio ac singulis in
22 militem tunicis ad senatum pacis oratores missi. Cornelius in Samnio relictus; Marcius de Hernicis triumphans in urbem rediit, statuaque equestris in foro decreta est, quae ante templum Ca-
23 storis posita est. Hernicorum tribus populis, Aletrinati Verulano Ferentinati, quia maluerunt quam civitatem, suae leges redditae, conubiumque inter ipsos, quod aliquamdiu soli Hernicorum ha-
24 buerunt, permissum. Anagninis quique arma Romanis intulerant civitas sine suffragii latione data, concilia conubiaque adempta et magistratibus praeterquam sacrorum curatione interdictum. —
25 Eodem anno aedes Salutis a. C. Iunio Bubulco censore locata est,

quicq. s. t. loci, s. c. 32, 11; 37, 23, 11.

21—22. *pacis or.*, s. Cic. Legg. 2, 9, 21: *foederum pacis belli — oratores fetiales sunto*, s. 6, 1, 6. — *triumph.*, nach den Fasten *de Anagnineis Herniceisque ann. CDXLVII prid. K. Quint.* — *statua*, s. 8, 13, 9; Plin. 34, 6, 23: *ante aedem Castorum fuit Marci Tremuli equestris togata (statua), qui Samnites bis devicerat captaque Anagnia populum stipendio liberaverat*; das Letzte würde nicht hinzugefügt sein, wenn nur ein zweimonatlicher Sold, § 6, von den Hernikern gegeben wäre. — *templum C.*, 2, 20, 12.

23. *maluer.*, das Object ist aus dem Nebensatze: *suae leges* zu nehmen, s. 8, 17, 10. — *civitat.*, schon der Gegensatz § 24 zeigt, dass das volle Bürgerrecht gemeint ist, welches aus den 6, 26, 8 angegebenen Gründen ausgeschlagen wird, vgl. c. 45, 7; 23, 20, 2. — *leges redd.*, nicht als ob sie ihnen genommen gewesen wären, sondern: sie wurden ihnen nach den Verhandlungen gelassen; die Selbständigkeit der Staaten, wie sie früher war, anerkannt, s. c. 4, 4; 25, 23, 4; 29, 21, 7; 33, 34, 6; 37, 32, 14 u. a. *inter ipsos*, die 3 Staaten unter sich, nicht mit den übrigen, s. 8, 14, 10. Nach dem Folg. wird es später auch anderen Staaten der H. gestattet.

24. *civitas s. s.*, vgl. 8, 14, 9 und die Stelle aus Festus ib. § 3; Lange 2, 545. — *conub.*, den populis inter se, nicht civibus inter se, s. 8, 14, 10; die 3 erstgenannten Staaten behielten wol auch das Recht sich gemeinsam zu berathen und zu beschliessen. — *et magistr.* etc., die Magistrate blieben dem Namen nach, wie z. B. in Latium die Dictatoren, hatten aber nur noch religiöse Verrichtungen (den gestraften Staaten wird nach der deditio wenigstens ihr Cultus gelassen, s. 7, 31, 4: *delubra*, vgl. Mommsen 1, 346; Marq. 4, 41) zu besorgen. Dadurch wird zugleich angezeigt, dass das Gemeindewesen aufgehoben, das frühere Recht der Stadt genommen und das röm. eingeführt worden ist, welches von einem römischen Präfecten, s. die Stelle aus Fest. zu 8, 19, 12, gehandhabt wird.

25—26. *eodem* etc. Einzelne Notizen aus den Annalisten, wie sie oft, s, c. 44, 16, am Ende des Jahres nachgeholt werden. — *Salutis*,

Digitized by Google

quam consul bello Samnitium voverat. ab eodem collegaque eius M. Valerio Maximo viae per agros publica inpensa factae. et 26
cum Carthaginiensibus eodem anno foedus tertio renovatum, legatisque eorum, qui ad id venerant, comiter munera missa.

Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem cum 44
magistro equitum P. Decio Mure. ab his, propter quae creati 2
erant, comitia consularia habita, quia neuter consulum potuerant bello abesse. creati consules L. Postumius Ti. Minucius. hos 3
consules Piso Q. Fabio et P. Decio suggerit, biennio exempto, quo Claudium Volumniumque et Cornelium cum Marcio consules factos tradidimus. memoriane fugerit in annalibus digerendis, 4
an consulto binos consules, falsos ratus, transcenderit, incertum est.

Eodem anno in campum Stellatem agri Campani Samnitium 5
incursiones factae. itaque ambo consules in Samnium missi

c. 31, 10, der öffentlichen Wohlfahrt, die auch in Kriegsnoth angerufen wird, s. 10, 1; später mit der Hygiea identificirt, 40, 37, 2; Preller 601. — *viae* etc., was Appius im Grossen ausgeführt, thun seine Nachfolger im Kleinen, vgl. 10, 47; 41, 27, 5. — *tertio*, damit übereinstimmend heisst es Periocha 13: *quarto*; bis jetzt hat jedoch L. nur einen Vertrag mit Carthago erwähnt, s. 7, 27; er hat also einen, den ersten oder zweiten, s. zu 7, 38, 2, übergangen, oder er folgt hier einem Annalisten, der vorher zwei Verträge erwähnt hatte, während der 7, 27 benutzte nur einen kannte. Ob die an u. St. von L. eingesehene Quelle den von Polyb. 3, 22 als den ersten bezeichneten Vertrag gleichfalls als den ersten angeführt oder einen zweiten nach 406 geschlossenen erwähnt hatte, lässt sich eben so wenig sicher erkennen, als ob der dritte Vertrag bei L. der zweite des Polybius oder bei diesem ein Vertrag nicht erwähnt sei; doch würde der Artikel eines Uebereinkommens bei Servius Verg. Aen. 4, 628: *ut neque Romani ad litora Carthaginiensium accederent, neque Carthaginienses ad litora Romanorum, — Corsica esset media*, s. c. 30, 4, den damaligen Verhältnissen der Römer sowol als der Karthager, die eben mit Agathocles Friede geschlossen hatten, entsprechen, s. zu 7, 27, 2; Nieb. R. G. 3, 100; Mommsen, 1, 419; Broecker Untersuchungen 123 ff. — *ob id*, u. *foedus renovandum*.

44. 2—4. *Scipion.*, 8, 22; CIL. p. 13. — *neuter*, da Marcius bereits triumphirt hat, sollte man ihn in Rom erwarten. *potuerant*, mit Rücksicht auf *consulum*, 5, 39, 4: *nemo — crederent*; 24, 20, 14; Plaut. Men. 5, 2, 35: *caveres, neuter ad me iretis*; Amph. 5, 1, 19. — *bello ab.*, s. 26, 41, 11. — *Piso*, 1, 55, 8. — *suggerit*, 4, 20, 9 u. a. — *memoria* scheint Abl., *fugio* wie *cedere*, 2, 33, 9; *exire*, 6, 37, 5, construirt zu sein; doch findet sich sonst diese Verbindung nicht, wahrscheinlich ist etwas verdorben. — *consulto*, s. Mommsen Chron. S. 124; Broecker S. 128 f.

5—7. *Stellatem*, s. Diodor. 20, 90: Φαλερνῖτιν, eine von röm. Bürgern bewohnte Landschaft, s. c. 20, 6. — *agri C.*, 8, 11, 13: *qui populi Campani fuerat*; zur Construct.

Digitized by Google

6 cum diversas regiones, Tifernum Postumius, Bovianum Minucius
7 petisset, Postumi prius ductu ad Tifernum pugnatum. alii haud
dubie Samnites victos ac viginti milia hominum capta tradunt,
8 alii Marte aequo discessum, et Postumium, metum simulantem,
nocturno itinere clam in montes copias abduxisse, hostes secutos
9 duo milia inde locis munitis et ipsos consedisse. consul ut sta-
tiva tuta copiosaque — et ita erant — petisse videretur, post-
quam et munimentis castra firmavit et omni apparatu rerum uti-
10 lium instruxit, relicto firmo praesidio de vigilia tertia, qua duci
proxime potest, expeditas legiones ad collegam, et ipsum adversus
11 alios sedentem, ducit. ibi auctore Postumio Minucius cum hosti-
bus signa confert, et cum anceps proelium in multum diei pro-
cessisset, tum Postumius integris legionibus defessam iam aciem
12 hostium inproviso invadit. itaque cum lassitudo ac vulnera fu-
gam quoque praepedissent, occidione occisi hostes, signa unum
13 et viginti capta atque inde ad castra Postumi perrectum. ibi duo
victores exercitus perculsum iam fama hostem adorti fundunt
fugantque; signa militaria sex et viginti capta et imperator Sam-
nitium Statius Gellius multique alii mortales et castra utraque
14 capta. et Bovianum urbs postero die coepta oppugnari brevi
capitur, magnaque gloria rerum gestarum consules triumpharunt.
15 Minucium consulem, cum vulnere gravi relatum in castra, mortuum
quidam auctores sunt, et M. Fulvium in locum eius consulem
suffectum, et ab eo, cum ad exercitum Minucii missus esset,
16 Bovianum captum. — Eo anno Sora Arpinum Cesennia recepta

s. 27, 30, 7: *Chalcidem Euboeae* u. a. — *Tifernum*, zu unterscheiden von zwei gleichnamigen Städten in Umbrien, scheint von Bovianum östlich, am Fl. Tifernus gelegen zu haben, wie *diversas reg.* andeutet; so dass der eine Consul von Westen, der andere von Osten in Samnium eindringt; 10, 14 — *Bovianum*, wegen der grösseren Nähe des ager Stellatis und von Tifernum, welche bei der List des Postumius § 10 ff. vorausgesetzt wird, ist hier an das südliche Bovianum zu denken, welches früher, s. c. 31, 4, entweder nur geplündert, oder nach der Einnahme durch die Römer von den Samniten wieder erobert worden ist.

9—15. *castra* nach *stativa* wie c. 43, 12. — *de. vig t.*, 8, 23, 15, — *qua — potest*, 1, 23, 5. — *et ips.* — *sedentem*, auch er hatte einem samnit. Heere gegenüber ein Standlager. — *in mult. d.*, c. 39, 8: *ad ultimum laboris* etc. — *Statius*, Vorname; *Gellius*, Vor- und Zuname. — *capta — capta — capitur*, c. 24, 11. — *triumpharunt*, die Triumphalfasten melden diesen Triumph nicht, wol aber den des Fulvius § 15: *de Samnitibus an. CDXLIIX. III. Non. Oct.*, dessen Nachwahl auch die Capitol. Fasten erwähnen.

16. *Sora Arp. C.*, die Samniten können ihre festen Plätze auf röm. Gebiete nicht mehr behaupten. *Sora*, c. 43, 1; *Arpinum*, in der Nähe

Digitized by Google

ab Samnitibus, Herculis magnum simulacrum in Capitolio positum dedicatumque.

P. Sulpicio Saverrione P. Sempronio Sopho consulibus Samnites, seu finem seu dilationem belli quaerentes, legatos de pace Romam misere. quibus suppliciter agentibus responsum est, nisi saepe bellum parantes pacem petissent Samnites, oratione ultro citro habita de pace transigi potuisse: nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus standum esse. P. Sempronium consulem cum exercitu brevi in Samnio fore; eum, ad bellum pacemne inclinent animi, falli non posse; conperta omnia senatui relaturum; decedentem ex Samnio consulem legati sequerentur. eo anno cum pacatum Samnium exercitus Romanus benigne praebito commeatu peragrasset, foedus antiquum Samnitibus redditum. 45 2 3 4

Ad Aequos inde, veteres hostes, ceterum per multos annos sub specie infidae pacis quietos, versa arma Romana, quod incolumi Hernico nomine missitaverant simul cum his Samniti auxilia, et post Hernicos subactos universa prope gens sine dissimulatione consilii publici ad hostes desciverat; et postquam icto Romae cum Samnitibus foedere fetiales venerant res repetitum, temptationem aiebant esse, ut terrore incusso belli Romanos se 5 6 7

von Sora, gleichfalls am Liris; *Cesennia* ist nicht weiter bekannt, bei Diod. *Σεμερνία*. — *recepta*, s. 23, 11, 7. — *Herculis*, die Veranlassung lag viell. in der c. 29 berichteten Verletzung des Gottes; sonst werden dem Hercules von siegreichen Feldherrn Bilder gewidmet, s. zu 10, 46, 14; Preller Myth. 654. f. — *magn. sim.*, ein colossales Standbild. — *in Capit.*, Becker 1, 408.

45. 1—4. *Saverrio*, ein Zuname der Sulpicier, der sich nur noch einmal findet. — *Sophus* ein griechischer Name, s. 10, 47, 3; Nieb. R. G. 3, 366. — *suppliciter*, s. c. 20, 2. — *bellum, p.*, sie hätten nur zum Schein Frieden gesucht, was jedoch Liv. kaum einmal erwähnt hat. — *ad id l.*, 22, 38, 12. — *pacatum*, die Samniten leisten keinen Widerstand mehr; doch soll nach den Triumphalfasten Sulpicius *de Samnitibus ann. CDXLIX. IIII. Kal. Nov.* triumphirt haben. — *foedus ant.*, s. 8, 2, 1; ebenso Diod. 20, 101: *Ῥωμαῖοι καὶ Σαυνῖται — πρὸς ἀλλήλους εἰρήνην συνέθεντο πολεμήσαντες ἔτη εἴκοσι δύο καὶ μῆνας ἕξ*; nach L. nur 21 Jahre, s. 8, 25, 2. Die Friedensbedingungen, welche sehr mild gewesen zu sein scheinen, sind übergangen, vgl. 10, 16, 5; ib. 11, 12; Nieb. 3, 304.

5—9. *sub specie*, s. 36, 7, 12; 44, 24, 4; Curt. 10, 21, 21: *sub tutelae specie*, gewöhnlicher ist *specie* oder *per speciem*; schon lange war ihr Abfall erwartet worden, s. § 10; jetzt erheben sie sich, nachdem die Samniten bereits Frieden geschlossen haben. — *missitav.*, s. Sall. I. 38, 1; sonst ist das W. selten. — *tempt.* — *ut*, die Römer versuchten, ob sie bewirken, erreichen können, dass u. s. w. Die Aequer fürchten, dass sie genöthigt werden die civitas sine suffragio anzunehmen, *Ro-*

Digitized by Google

fieri paterentur, quod quanto opere optandum foret, Hernicos docuisse, cum, quibus licuerit, suas leges Romanae civitati praeoptaverint; quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro poena necessariam civitatem fore. ob haec vulgo in conciliis iactata populus Romanus bellum fieri Aequis iussit; consulesque ambo ad novum profecti bellum quattuor milia a castris hostium consederunt. Aequorum exercitus, ut qui suo nomine permultos annos inbelles egissent, tumultuario similis, sine ducibus certis, sine imperio, trepidare. alii exeundum in aciem, alii castra tuenda censent; movet plerosque vastatio futura agrorum ac deinceps cum levibus praesidiis urbium relictarum excidia: itaque postquam inter multas sententias una, quae omissa cura communium ad respectum suarum quemque rerum verteret, est audita, ut prima vigilia diversi e castris ad deportanda omnia tuendasque moenibus [in] urbes abirent, cuncti eam sententiam ingenti ad-

manos fieri, s. 8, 17, 12. — *quod — praeopt.*, auf die Verschiedenheit der einzelnen Staaten der Herniker angebotenen civitas von der, welche die Anagniner anzunehmen gezwungen wurden, wird keine Rücksicht genommen. — *quibus leg.* — *fore*, es sind die c. 43, 24 erwähnten Anagniner; die Redenden setzen voraus, dass dieselben, da das Verhältniss noch neu ist, das Drückende ihrer Lage erst noch empfinden werden; obgleich es ihnen wol schon vorher längst bekannt gewesen war. — *leg.* — *copia non f.*, sie haben also gezwungen die *civitas sine suffragio* angenommen. Auch Cic. Balb. 13, 31: *itaque et ex Latio multi — et ex ceteris regionibus gentes universae in civitatem sunt receptae, ut Sabinorum, Vulscorum, Hernicorum: quibus ex civitatibus nec coacti essent civitate mutari, si qui noluissent, nec, si quiessent civitatem nostram beneficio p. R. consecuti, violatum foedus eorum videretur*, beschränkt die freie Wahl der civitas auf die Staaten, die noch durch ein foedus mit Rom verbunden waren, nicht dieses, wie ein Theil der Herniker, und wol auch die Aequer, gebrochen hatten. Uebrigens ist *poena* sehr bezeichnend, um so mehr da L. sonst die civitas gewöhnlich als ein vortheilhaftes Verhältniss betrachtet; über *legendi* = *eligendi* s. c. 39, 5; 6, 40, 10 u. a. — *conciliis*, die vorhergeh. Aeusserungen beziehen sich auf das ganze Volk, und es werden dabei Versammlungen von Abgeordneten der einzelnen Staaten vorausgesetzt, weshalb *conciliis*, weniger passend ist. — *pop. R.*, Lange 2, 514.

10—15. *suo nom.*, die Aeq. haben lange Zeit als selbstständiger Staat, für sich, keinen Krieg geführt, s. 31, 28, 2, wenn auch Einzelne als Freiwillige bei anderen Völkern dienten, s. § 5: *infidae.* — *permult. a.*, seit 366, s. 6, 4, 8. — *egissent*, hingebracht, verlebt, s. 10, 1, 4. — *exeundum* u. *e castris.* — *cum* — *relictar.* über die Wortstellung s. 6, 23, 4. — *communium*, s. 3, 68, 3. — *verteret* (nach Madvig *vertit*), *est* statt des hds. *vertisset*, weil dieses eine passende Erklärung nicht zulässt und *est* nicht wohl vermisst werden kann. — *ut prima* ist das, was nach der einen Ansicht geschehen soll; der Nachsatz beginnt mit *cuncti.* — *tuendasque* liesse sich, wenn *in* nicht entfernt wird, nur

Digitized by Google

sensu accepere. palatis hostibus per agros prima luce Romani 14
signis prolatis in acie consistunt et, ubi nemo obvius ibat, pleno
gradu ad castra hostium tendunt. ceterum postquam ibi neque 15
stationes pro portis nec quemquam in vallo nec fremitum con-
suetum castrorum animadverterunt, insolito silentio moti metu
insidiarum subsistunt. transgressi deinde vallum cum deserta 16
omnia invenissent, pergunt hostem vestigiis sequi. sed vestigia
in omnes aeque ferentia partes, ut in dilapsis passim, primo erro-
rem faciebant; post per exploratores conpertis hostium consiliis 17
ad singulas urbes circumferendo bello unum et triginta oppida
intra dies quinquaginta omnia oppugnando ceperunt, quorum
pleraque diruta atque incensa, nonemque Aequorum prope ad
internecionem deletum. de Aequis triumphatum; exemploque 18
eorum clades fuit, ut Marrucini Marsi Paeligni Frentrani mitte-
rent Romam oratores pacis petendae amicitiaeque. his populis
foedus petentibus datum.

Eodem anno Cn. Flavius Cn. filius scriba, patre libertino hu- **46**

durch eine harte Brachyologie: *deportanda in urbes tuendasque urbes* erklären; einfacher ist 1, 6, 1: *in arcem praesidio obtinendam.* — *pleno gr.*, 4, 32, 10.

16—17. *vestigiis*, ohne *in*, als adverbielle Bestimmung, 6, 32, 10 u. a., s. c. 46, 4. — *ferentia*, 1, 7, 6. — *post* Adverb. wie 45, 13, 2, vgl. 8, 8, 13. — *diruta* etc., sie werden als devicti behandelt, vgl. 4, 34, 3. — *ad internec.*, wie c. 25; s. jedoch 10, 1, 8; ib. 9, 7 u. Diod, 20, 101; ἀναγκάσας πᾶν τὸ ἔθνος (τῶν Αἰχλων) ὑποτάσσεσθαι Ῥωμαίοις ἐπανῆλθε (Σεμπρώνιος) καὶ θρίαμβον κατήγαγεν ἐπαινούμενον.

18. *exemplo — f.*, es diente zur Warnung, so dass. — *Marrucini* etc., s, c. 41, 4. Richtiger wol sagt Diod. 20, 101; ὁ δὲ δῆμος ὁ Ῥωμαίων πρός τε Μαρσους καὶ Πελιγνούς, ἔτι δὲ Μαρρουκίνους συμμαχίαν ἐποιήσατο. Die Frentaner stehen den Samniten näher, s. zu 7, 31, 11; Mommsen Unterit. Dial. 329; 309. — *orator.*, c. 43, 21. — *pacis pet.*, genit. qualit. zu *oratores*, der aber durch die Verbalform *petendae* unterstützt den Zweck bezeichnet: Sprecher für den zu erbittenden u. s. w., s. 8, 6,11; 9, 9, 19; Caes. B. G. 4, 17, 10; Sall. H. 1, 51 (48) 3; 6.

46. Cn. Flavius, die Censur des Q. Fabius u. P. Decius. Plin. 33, 1, 17; Cic. Att. 6, 1, 8; Gell. 7 (6) 9 u. a.

1. *Cn. fil.* Der Name steht nicht sicher, da Flavius bei Anderen *Anni* (oder *Ancī*) *fil.* heisst, und in einer früheren Hds. des L. wahrscheinlich so undeutlich geschrieben war, dass er in mehreren der vorhandenen Hdss. ganz fehlt, in anderen dafür *signum*, nur in einigen *Cn.* steht, Mommsen Forsch. 1, 98. — *scriba*, er war früher Secretär des App. Claudius, jetzt ist er scriba aedilicius, eine Stellung, die nicht für unehrenhaft galt, da die *scribae* einen besonderen *ordo* bildeten, und als Gehülfen der Magistrate mit diesen in vielfacher Beziehung standen, vgl. 23, 19, 17; Plin. 26, 1, 3; Becker 2, 2, 373. — *patre lib.*, wahrscheinlich hat L., wie Diod. 20, 36, geglaubt, des Flavius Vater sei selbst

Digitized by Google

mili fortuna ortus, ceterum callidus vir et facundus, aedilis curu-
2 lis fuit. invenio in quibusdam annalibus, cum appareret aedilibus, fierique se pro tribu aedilem videret neque accipi nomen, quia scriptum faceret, tabulam posuisse et iurasse se scriptum non
3 facturum; quem aliquanto ante desisse scriptum facere arguit Macer Licinius tribunatu ante gesto triumviratibusque, nocturno al-
4 tero, altero coloniae deducendae. ceterum, id quod haud discre-

früher Sclav gewesen, s. dagegen Suet. Claud. 24: *ignarus* (*Claudius*) *temporibus Appii et deinceps aliquamdiu libertinos dictos non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos*; aber auch dass ein solcher ein Staatsamt erhielt, war etwas Unerhörtes, s. § 10; 6, 40, 6; Tac. Ann. 11, 24; Appian. B. C 1, 33; zuHorat. Sat. 1, 6, 38. — *aedil. cur.*, die nach dem Folg. in Tributcomitien gewählt werden.

2. *quibusdam*, so schon Piso bei Gellius l. l., vgl. c. 44, 3. — *appareret*, er war apparitor, s. 1, 8, 3; unter den apparitores nahmen die scribae die erste Stelle ein. — *pro tribu* etc., die Tribus wurden wie die Curien, c. 38, 15, gleichzeitig (*uno vocatu*) von dem Vorsitzenden zur Abstimmung berufen, und begaben sich in ihre saepta, s. 10. 13, 11; die in diese Stimmverschläge bestellten Stimmenzähler (*diribitores*) berichteten nach Vollendung der Abstimmung dem Vorsitzenden das Resultat derselben in der einzelnen Tribus, indem sie meldeten, dass *pro tribu*, von der Tribus aus, durch dieselbe, einer gewählt worden sei, d. h. die Mehrzahl der Stimmen erhalten habe, dann erst erfolgte die Verkündigung (*renuntiatio*) durch den Magistrat, vgl. Gell. l. l.: *eumque* (*Flavium*) *pro tribu aedilem curulem renuntiaverunt; aedilis, qui comitia habebat, negat accipere.* Der Singular *tribu* scheint gebraucht, weil die Abstimmung jeder einzelnen oder zunächst die der zuerst stimmenden Tribus (*principium*) von dem diribitor besonders gemeldet wurde, vgl. Th. Mommsen die Stadtrechte von Salpensa u. Malaca S. 425 ff.; Lange 2, 420. — *accipi. n.*, der vorsitzende Aedil, in dessen Gefolge Flavius als *scriba* war, s. Cic. Cluent. 45, 126, wolle die Stimmen für ihn nicht gelten lassen, s. 27, 6, 5; wie *rationem habere* 7, 22, 8; 8, 15, 9; 10, 15, 11 vgl. 3, 64, 5. — *quia scr. fac.*, Gell. *aedilis — negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum aedilem fieri.* — *tabulam*, die Schreibtafel, das Schreibzeug. — *scriptum* von *scriptus, us*, bei Gell. *scriptu se abdicasse*: er lege das Schreiber = Notariatamt nieder.

3—4. *arguit*, sucht zu beweisen, dass Flavius, wenn er schon vorher Tribun war, das mit diesem Amte nicht verträgliche Schreibergeschäft schon lange vorher hätte aufgeben müssen. — *Mac. Lic.*, s. c. 38, 16. — *tribunatu*, das Volkstribunat, und es ist kaum zu glauben, dass Macer ein anderes gemeint und etwa gesagt habe, Flavius sei *tribunus aerarii* gewesen. Nach § 10 theilt L. die Ansicht Macers nicht; Plin. l. l. lässt Flav. sogar das Tribunat und die Aedilität zugleich bekleiden, s. Lange 2, 39. — *nocturno*, das Amt der *triumviri nocturni*, welche zu den magistratus minores gehörend, für die Sicherheit der Stadt während der Nacht zu sorgen hatten, s. Becker 2, 2, 361 ff., Zumpt Criminalr. 1, 2, 122, und hier zum ersten Male erwähnt werden. — *discrep.*, 8, 40, 1.

Digitized by Google

pat, contumacia adversus contemnentes humilitatem suam nobiles certavit; civile ius, repositum in penetralibus pontificum, evulgavit fastosque circa forum in albo proposuit, ut, quando lege agi posset, sciretur; aedem Concordiae in area Vulcani summa invidia nobilium dedicavit; coactusque consensu populi Cornelius Barbatus pontifex maximus verba praeire, cum more maiorum negaret nisi consulem aut imperatorem posse templum dedicare.

— *contumacia*: mit kühner Verachtung, indem er ihre vermeintlichen Vorrechte angriff, wie *precibus, silentio*, 7, 41, 3: *ioco* u. a. — *nobiles*, nicht blos den Patriciern, sondern auch den vornehmen Plebejern tritt er als Haupt der gemeinen Menge entgegen. Im Folg. werden die Mittel angegeben, deren er sich bedient um den Einfluss der Nobilität zu schwächen.

Gebete, Festmahle in den Privatwohnungen, s. 5, 13; 27, 51, 9. — *nec — magna* sind durch die Stellung gehoben. — *rebellasse*, um sich wieder mit den Samniten zu vereinigen, worauf § 3: *erecta* hindeutet. Aus der Theilnahme der Falisker § 6 kann man schliessen, dass es nicht die nördlichen Staaten, s. c. 37, 4, sondern die an der röm. Grenze (nach Nieb. 3, 475 auch Vulsinii, s. Periocha 11) gewesen seien. — *quonam modo* etc., übertreibend, s. c. 21; 9, 19, 3. — *futura fuisset*, wegen des Präteritum *subibat*, sonst würde es *futura fuerit* heissen, s. 28, 24, 2: *adparuit, quantam excitatura molem — fuisset*, s. c. 46, 6: *potuisset*; 36, 5, 6 u. a. — *coniurat.*, Verbindung zum Kriege, 6, 2, 2 u. a.

4—11. *sociorum*, wahrscheinlich wie 9, 32, 1. — *praetore*, als Stellvertreter der Consuln. — *introductae*, der regelmässige Ausdruck für die Einführung fremder Gesandten in den Senat. — *tutar.*, weil sie, Rom unterworfen, selbst die Waffen nicht führen dürfen. — *Faliscos*, diese haben bis jetzt, s. c. 12; 7, 22, 5, an den Bewegungen in Etrurien keinen Antheil genommen; Nieb. 3, 323. — *Palumbin.* ist so unbekannt als Velia und Herculaneum. Der Muth der Samniten ist nach dem Folg. noch keineswegs

Digitized by Google

num, ita ut parvo admodum plures caperentur. sortientibus provinciis consulibus Etruria Carvilio evenit secundum vota militum,
12 qui vim frigoris iam in Samnio non patiebantur. Papirio ad Saepinum maior vis hostium restitit. saepe in acie, saepe in agmine, saepe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnatum. nec obsidio sed bellum ex aequo erat: non enim muris ma-
13 gis se Samnites quam armis ac viris moenia tutabantur. tandem pugnando in obsidionem iustam coegit hostes, obsidendoque vi
14 atque operibus urbem expugnavit. itaque ab ira plus caedis editum capta urbe: VII milia CCCC caesi, capta minus III milia hominum. praeda, quae plurima fuit congestis Samnitium rebus in
46 urbes paucas, militi concessa est. Nives iam omnia oppleverant, nec durari extra tecta poterat: itaque consul exercitum de Samnio
2 deduxit. venienti Romam triumphus omnium consensu est delatus. triumphavit in magistratu insigni, ut illorum temporum ha-
3 bitus erat, triumpho. pedites equitesque insignes donis transiere ac transvecti sunt; multae civicae coronae vallaresque ac murales

gebrochen. — *parva adm.*, gar wenig mehr; sonst kommt *parvo* in diesem Sinne bei früheren Schriftstellern nicht vor, Plin. H. N. 2, 67, 168: *parvo brevius*. — *plures* n. als getödtet waren. — *vim fr.*, in den rauhen Gebirgen, namentlich auf dem M. Matese, tritt der Winter früher ein. — *patiebant.*, konnten ertragen; indess bleibt das Heer des Papirius noch länger in Samnium, c. 46, 1.

12—14. *ad Saep.* knüpft an c. 44, 9 an. — *maior vis*, doch wird nicht wie von Carvilius *ancipiti proelio* gekämpft. — *in acie*, in Schlachtordnung gestellt, 5, 41, 4. — *in agmine*, auf dem Marsche, ehe sie vor die Stadt kommen, 23, 27, 2; 40, 39, 7, vgl. 29, 36, 4: *in ipso itinere — conflixit*. — *bellum e. a.*, ein eigentlicher Krieg, wo beide Theile gleiche Vortheile und Nachtheile haben, weil die Mauern den Feinden nicht wie gewöhnlich Schutz gewährten, sondern von ihnen geschützt wurden, vgl. im Folg. *iusta*. — *ex aequo*, attributiv, s. 27, 2, 3: *luctu — ex praeterito*, 23, 7, 10 u. a., vgl. 7, 30, 2. — *muris — moen.*, c. 17, 7; 22, 60, 23, chiastisch, das Vorhergeh.: *saepe* etc. anaphorisch. — *obsid. vi* etc., durch regelmässige Belagerung, dann durch Sturm, der durch Belagerungswerke vorbereitet und unterstützt wird. — *paucas*, weil die Samniten *vicatim* wohnten, s. c. 17, 2.

46. 1—3. *consensu*, s. 8, 13, 9. — *triumph.* — *delatus*, die Andeutung, dass Papir. ohne darum nachzusuchen den Triumph erhalten habe, s. 3, 29, 4; 2, 47, 10, liegt nicht nothwendig in dem Worte. — *triumphav.* — *triumpho*, 2, 58, 5; 25, 18, 15: *donis donatus* u. a. Nach den Triumphalfasten *an. CDLX. de Samnitibus Id. Febr.* — *in magist.*, ist, obgleich damals das Gewöhnliche, s. Momms. Chronol. 84, von L. nur selten bemerkt, s. 8, 26, 7. — *donis*, c. 44, 3; sie werden zum Theil im Folg. erwähnt. — *transvecti*, die Ritter, 9, 46, 15. — *civicae*, 6, 20, 7. — *vallares*, sonst *castrenses*, s. Gell. 5, 6, 17: *castrensis est corona, qua donat imperator eum, qui primus hostium castra introivit; ea corona insigne valli habet.*

Digitized by Google

conspectae; inspectata spolia Samnitium, et decore ac pulchritudine paternis spoliis, quae nota frequenti publicorum ornatu locorum erant, conparabantur; nobiles aliquot captivi clari suis patrumque factis ducti; aeris gravis travecta viciens centum milia et DXXXIII milia — id aes redactum ex captivis dicebatur —, argenti, quod captum ex urbibus erat, pondo MDCCCXXX. omne aes argentumque in aerarium conditum, militibus nihil datum ex praeda est. auctaque ea invidia est ad plebem, quod tributum etiam in stipendium militum conlatum est, cum, si spreta gloria fuisset captivae pecuniae in aerarium inlatae, et militi munus dari ex praeda et stipendium militare praestari potuisset. aedem Quirini dedicavit; quam in ipsa dimicatione votam apud neminem ve-

4—5. *inspect.* n. *sunt*, absichtlich neben *conspectae* gestellt: genau betrachtet. — *frequenti—locorum*, die gleichartigen Redetheile sind wie oft, zusammengestellt. — *et—cŏmpar.*, und wurden dann u. s. w., s. c. 30, 9: *aequata.* — *ducti*, 3, 28, 10. — *aeris gr.*, 4, 41, 10; Kupfergeld war in einem Theile von Samnium gebräuchlich, doch ist es hier von denen gegeben, welche die Gefangenen gekauft haben. Das Silber kann Silbergeschirr oder Silbergeld, welches aus den griechischen Städten, aus Lucanien und Campanien nach Samnium kam, gewesen sein, Mommsen Gesch. d. r. Münzw. 119. — *centum*, sonst auch *centena*. Die Wiederholung von *milia* ist regelmässig, nicht aber die Verbindung *et quingenta* st. *viciens quinquiens c. m.*, wahrscheinlich war ursprünglich nur ⌈XXV⌉ XXXIII geschrieben, s. Marquardt 3, 2, 32, woraus bei der Auflösung in den Hdss. *vic. cent. mil. et DXXXIII* entstanden ist. — *condit.*, verborgen, vergraben. — *ex urbibus*, nach c. 44, 8; 45, 14 wäre die Beute den Soldaten überlassen worden, vgl. jedoch 9, 37, 10.

6. *aucta*, weil sich der Unwille darüber (*ea*), dass die Soldaten von der reichen Beute nichts erhielten, voraussetzen liess; Lange 2, 93. — *bributum* etc., eine aus Ruhmsucht (*gloria* etc.) hervorgegangene Verletzung der Einrichtung, nach welcher die Staatscasse den Sold zu tragen hatte, 4, 58 f., also zunächst die Beute dazu hätte verwendet werden sollen. — *inlatae*, gebracht zu haben. — *captivae*, 1, 53, 3; 21, 33, 11. — *munus*, s. § 15, od. *donum*, *donativum* scheint in dem hds. *tum*, welches ohne Beziehung sein würde, verdorben. — *stipendium*; aus den erbeuteten Summen würde sich nach Mommsen die Tribus 43, vgl. Gesch. d. Münzw. 292, ergeben, dass damals der Sold etwa 240 Libralas betrug, Marq. 3, 2, 75. — *praestari* = *praeberi*, 2, 18, 11; 5, 32, 5, gewöhnlich von der Staatscasse gebraucht, nicht = *dari*, weshalb, obgleich sonst die Feldherrn den Sold nach geendigtem Feldzuge auszahlen, die hdschr. Lesart *praestare* nicht statt haben kann. — *cum—potuisset*, wie 4, 58, 3: *ut*, *cum—succurri*, *si maturatum esset*, *potuisset*, — *venerit*; 31, 42, 7, da von *posse* die entsprechende Form der conjugat. periphr. nicht gebildet werden kann, während sonst das plusquamperf. in dem bedingten Satze selten ist, s. 2, 33, 9; Cic. Sest. 29, 63; *potuerit*, s. zu 31, 38, 5, scheint nicht gewählt, weil ein Urtheil aus der Vergangenheit vorausgesetzt wird: *indignabantur*, *quod collatum esset*, *cum*, vgl. zu c. 45, 3.

7—9. *Quirini*, auf dem Quirinalis

Digitized by Google

terem auctorem invenio, neque hercule tam exiguo tempore perficere potuisset: ab dictatore patre votam filius consul dedicavit exor-
8 navitque hostium spoliis; quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque iis ornaretur, sed sociis etiam colonisque finitumis ad templorum locorumque publicorum ornatum
9 dividerentur. ab triumpho exercitum in agrum Vescinum, quia regio ea infesta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit.
10 Inter haec Carvilius consul in Etruria Troilum primum oppugnare adortus CCCCLXX ditissimos, pecunia grandi pactos, ut
11 abire inde liceret, dimisit, ceteram multitudinem oppidumque ipsum vi cepit. inde quinque castella locis sita munitis expugna-
12 vit. caesa ibi hostium II milia CCCC, minus II milia capti. et Faliscis pacem petentibus annuas indutias dedit, pactus C milia gra-
13 vis aeris et stipendium eius anni militibus. his rebus actis ad triumphum decessit, ut minus clarum de Samnitibus quam col-
14 legae triumphus fuerat, ita cumulo Etrusci belli aequatum. aeris gravis tulit in aerarium CCCLXXX milia; reliquo aere aedem Fortis Fortunae de manubiis faciendam locavit prope aedem eius deae

wo nach 4, 21 schon ein Tempel des Quirinus stand, der jetzt vielleicht wieder hergestellt worden ist, vgl. Plin. 7, 60, 213: *princeps Romanis solarium horologium statuisse ante XI annos quam cum Pyrro bellatum est ad aedem Quirini L. Papirius, Cursor, cum eam dedicaret a patre suo votam, — proditur*, vgl. Becker 1, 570; der Tag der Dedication war der 29. Iun. CIL. 395.— *tam exig.*, während des Feldzuges. — *dedicavit* scheint wiederholt, weil L. der Gedanke vorschwebte: vielmehr hat er ihn geweiht, da u. s. w.; zur Sache s. 29, 11, 13; Marq. 4, 224.— *forumq.* etc., 9, 40, 16. — *sociis e.* etc., was hier beiläufig erwähnt wird, war wahrscheinlich wenigstens in Bezug auf die Campaner gewöhnlich, 9, 40, 17, Lange 2, 110; 79. — *colonis* wie c. 21, 9. — *ab tr.*, sogleich nach, s. c. 31, 3. — *Vescinum*, wie c. 20; 31. — *infesta ab*, 6, 5, 3; vgl. 7, 25, 4: *mare infestum classibus — — erat.* — *hibernat.*, 7, 38, 4.

10—14. *Troilum*, es ist zweifelhaft, ob es die sonst Trossulum genannte Stadt gewesen sei, Dennis S. 347. — *caesa — capti*, c. 45, 14. — *centum m.*, also mehr als die reichen Städte, c. 37, 5. — *indutias*, s. 9, 5, 1. — *triumphum, an. CDLX. de Samnitibus Idib. Ian.*, also vor dem § 2 erwähnten. — *reliquo ae.*, ist im Allgemeinen das Geld, womit die beiden folg. Ausgaben bestritten werden *de manubii* und *ex*; *praeda* sind, wenn auch grammatisch nicht genau, zur näheren Bestimmung, woher das Einzelne genommen worden sei, hinzugefügt. — *Fortis Fort.*, Donat. *Fortuna dicta est incerta res, Fors Fortuna eventus fortunae bonus.* Der Tempel stand trans Tiberim; den des Servius hat L. nicht erwähnt, 1, 42, 3; Becker 1, 479; CIL. 395. Wie wenig es L. um Vollständigkeit zu thun war, zeigt Plin. 34, 7, 43: *fecit et Sp. Carvilius Iovem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege pugnantibus, e pectoralibus* (s. 9, 40, 3) *eorum ocreisque et galeis; amplitudo tanta est, ut conspiciatur a Latiari Iove. — manubiis*, 1, 55, 7, das aus dem Ver-

Digitized by Google

ab rege Servio Tullio dedicatam; et militibus ex praeda centenos 15
binos asses et alterum tantum centurionibus atque equitibus, malignitate collegae gratius accipientibus munus, divisit. favor con- 16
sulis tutatus ad populum est L. Postumium legatum eius, qui dicta die a M. Scantio tribuno plebis fugerat in legatione, ut fama ferebat, populi iudicium; iactarique magis quam peragi accusatio eius poterat.

Exacto iam anno novi tribuni plebis magistratum inierant, 47
hisque ipsis, quia vitio creati erant, quinque post dies alii suffecti. — Lustrum conditum eo anno est a P. Cornelio Arvina C. 2
Marcio Rutilo censoribus; censa capitum milia CCLXII. CCCXXI. censores vicesimi sexti a primis censoribus, lustrum unde vicesi-

kauf der Beute gelöste Geld, von dem die Feldherrn einen Theil bekamen, s. 23, 11, 3, welchen sie bisweilen auf Erbauung von Tempeln, die Verschönerung der Stadt u. s. w. verwendeten, s. Cic. leg. agr. 2, 23; *si est aequum praedam ac manubias suas imperatores non in monumenta deorum immortalium neque in urbis ornamenta conferre*; L. 33, 27, 4.

15—16. *alterum tant.*, 1, 36, 7. — *centur. a. eq.*, ebenso bekommen die beiden genannten Classen gleichen Antheil, 33, 23, 7: *duplex*; ib. 37, 12: *triplex*, vgl. 4, 34, 4; in der Regel erhält der Centurio das Doppelte, der Ritter das Dreifache des gemeinen Soldaten, in demselben Verhältnisse wie den Sold; vgl. 34, 52, 11; 37, 59, 6 u. a. — *malignitate*, 5, 22, 1. — *dicta d.*, c. 13, 14, wegen des ungesetzlichen Verfahrens während seiner Amtsführung, c. 37; Rein Criminalr. 601. — *in legat.*, indem er in der Stelle als Legat, die er sich vom Senate wol mit Zustimmung des Volumnius übertragen liess, s. 37, 1, 9; Cic. De imp. Pomp. 19, 57, bis an das Ende des Feldzuges blieb; viell. ist *in* zu tilgen: durch die Uebernahme der Stelle als Legat. — *iactari.* 1, 50, 2. — *peragi — pot.*, nach c. 47, 1 scheint Scantius zur Zeit des Triumphes, den Iden des Ian., nicht mehr im Amte gewesen zu sein; die Klage müsste also vor dem 10. Dcbr. des vorherg. Jahres von ihm erhoben, von einem seiner Nachfolger wieder aufgenommen, aber in Folge der Verwendung des Volumnius aufgegeben worden sein.

47. Verschiedene Nachrichten.

1. *iam* scheint sich auf die ebenberührte Anklage des Postumius zu beziehen: des Jahr (es ist wol das Amtsjahr der Volkstribunen) war damals bereits abgelaufen. — *hisq, ipsis*, gerade die, welche so eben das Amt angetreten hatten, im Gegensatze zu *alii*. — *vitio creat.*, ob die plebejischen Magistrate, wenn auch nicht von Anfang an, unter ähnlichen Auspicien wie die übrigen gewählt worden sind, und von welcher Zeit an dieses geschehen sei, lässt sich nicht bestimmen, Mommsen Forsch. 1, 198; Lange 2, 411, vgl. L. 40, 42, 10. — *quinque p. d.*, der Antrittstermin der Tribunen ist durch diese Unregelmässigkeit nicht wie der anderer Magistrate verändert worden, sondern immer der 10. December geblieben.

2. *milia* etc., vgl. 7, 25, 8; 9, 19, 2. — *inde vices.*: von da (den ersten Censoren) an; so ist wahrscheinlich nach jüngeren Hdss. statt *undevicesimum* zu lesen, s. Huschke Serv. Tull. 461; Hermes 1, 129; die Capitol. Fasten geben, von dem ersten lustrum an gerechnet, im J. 461 das

Digitized by Google

3 mum fuit. — Eodem anno coronati primum ob res bello bene
gestas ludos Romanos spectarunt, palmaeque tum primum trans-
4 lato e Graecia more victoribus datae. — Eodem anno ab aedili-
bus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis
5 via a Martis silice ad Bovillas perstrata est. — Comitia consula-
ria L. Papirius habuit; creavit consules Q. Fabium Maximi f. Gur-
gitem et D. Iunium Brutum Scaevam; ipse Papirius praetor fa-
6 ctus. — Multis rebus laetus annus vix ad solacium unius mali,
pestilentiae urentis simul urbem atque agros, suffecit; portento-
que iam similis clades erat, et libri aditi, quinam finis aut quod
7 remedium eius mali ab diis daretur. inventum in libris Aescula-
pium ab Epidauro Romam arcessendum. neque eo anno, quia

dreissigste lustrum an; L. hat bis zur ersten Censur 10 lustra, s. 3, 24, 10, und wird also in Uebereinstimmung mit den Fasten jetzt das 20. gezählt und durch *inde* wie 3, 24 den Ausgangspunkt der Rechnung angegeben haben. Wahrscheinlich hatten die Annalisten, denen er folgt, je das zehnte lustrum angemerkt.

3. *ob res b.* etc., gehört zu *coronati*, s. Polyb. 6, 39: *οἱ τυχόντες τῶν τοιούτων* (Kronen u. a.) *δωρεῶν — τάς τε πομπὰς ἐπισήμως πομπεύουσι διὰ τὸ μόνοις ἐξεῖναι περιτίθεσθαι κόσμον τοῖς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ τετιμημένοις*, s. c. 46, 3; vgl. jedoch 25, 12, 15; Gell. 6 (7), 4, 5; Mommsen 1, 794. — *palmae*, Palmzweige als Siegespreise; es ist wol an die Kämpfer in den circens. Spielen zu denken. Wie dieses, so ist auch wol die Bekränzung durch griechischen Einfluss herbeigeführt worden, der sich jetzt schon in mehrfachen Verhältnissen geltend macht, s. 9, 45, 1; Plin. 34, 6, 26; Nieb. 3, 363.

4. *ludos*, s. 6, 42, 12; 8, 40, 2; vgl. 10, 23, 13. — *pecuariis*, c. 23, 13, vgl. Nitzsch die Gracchen S. 16. — *a Martis*, s. c. 23, 12; 6, 5, 8. — *ad Bovillas*, ist eine Fortsetzung des c. 23 erwähnten Weges, aber keine *semita*, sondern ein gepflasterter (*silice*) Fahrweg. Da die Appische Strasse ebenfalls nach Bovillae führte, so ist wol anzunehmen, dass diese anfangs nicht vollständig gepflastert gewesen sei, s. Becker 1, 512, weniger wahrscheinlich, dass ein zweiter Weg neben derselben sei angelegt worden, Becker, Gallus 1, 71, vgl. Philolog. XVII, 730. Eine neue Herstellung des Weges wird 38, 28, 3 erwähnt.

5. *creavit*, 1, 32, 1. — *Fabium*, c. 31; *Maximi f.*, s. 4, 16, 7: *Cincinnati.* — *Brutum*, c. 43. — *ipse*, er hat sich also selbst renuntiirt, s. c. 15, 10.

6—7. *pestilentiae*, sie dauert schon das dritte Jahr, c. 31, 8; Nieb. 3, 477. — *urentis*, tropisch wie c. 17, 1; 36, 23, 5: *labore urente.* — *portento sim.*, 8, 18, 11. — *Aesculap.*, die sibyll. Bücher ordnen wie in anderen Fällen, 5, 13, 6, die Verehrung eines griechischen Gottes, und zwar, da Apollo schon aufgenommen ist, die eines anderen Heilgottes an, Preller S. 134; Schwegler 1, 803. — *ab Epidaur.*, ob der Name der Stadt, an der Küste von Argolis, in den sibyll. Büchern stand, oder als der Ort, wo Aesculap besonders verehrt wurde, 45, 28, 3, von den

Digitized by Google

bello occupati consules erant, quicquam de ea re actum, praeterquam quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est.

Decemvirn hinzugefügt ist, lässt sich nicht entscheiden. — *bello occ.*, die gewöhnliche Construct. bei L., der selten, wie Cicero, *in* hinzufügt, 34, 6, 15: *in luxuria—occupatae erant*; 41, 3, 7: *in praeda occupati*. Der Krieg erscheint wichtiger als Pest und Götterspruch, vgl. Periocha XI. —*unum d.*, nur einen Tag, 28, 11, 5: *supplicationem unum diem habere*, c. 21, 6; anders 39, 22, 4. — *supplicatio*, wie c. 23, 1.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA LIBRORUM PERIOCHAE.

EX LIB. VI.

Res adversus Vulscos et Aequos et Praenestinos prospere gestas continet. quattuor tribus adiectae: Stellatina Tromentina Sabatina Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum obstrictos aere alieno liberaret, nexos exsolveret, crimine adfectati regni damnatus de saxo deiectus est; in cuius notam senatus consultum factum est, ne cui de Manlia gente Marco nomen esset. C. Licinius et L. Sextius tribuni plebis legem promulgaverunt, ut consules ex plebe fierent, qui ex patribus creabantur; eamque cum magna contentione repugnantibus patribus, cum idem tribuni plebis per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt; et primus ex plebe consul L. Sextius creatus est. lata est et altera lex, ne cui plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

EX LIB. VII.

Duo novi magistratus adiecti sunt, praetura et curulis aedilitas. pestilentia civitas laboravit, eamque insignem fecit mors Furi Camilli. cuius remedium et finis cum per novas religiones quaereretur, ludi scaenici tunc primum facti sunt. cum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno plebis propter dilectum acerbe actum et T. Manlium filium rus relegatum sine ullo crimine, adulescens ipse, cuius relegatio patri obiciebatur, venit in cubiculum tribuni strictoque gladio coegit eum in verba sua iurare se non perseveraturum in accusatione. tunc omnia pretiosa missa sunt in praealtam voraginem urbis Romanae; in eam Curtius armatus sedens equo praecipitavit, et expleta est. T. Manlius adulescens, qui patrem a tribunicia vexatione vindicaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis in singulare certamen *descendit*, eique occiso torquem aureum detraxit,

Digitized by Google

quem ipse postea tulit, et ex eo Torquatus est nuncupatus. duae tribus additae, Pomptina et Publilia. Licinius Stolo lege *ab ipso* lata damnatus est, quod plus quingentis iugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a quo provocatus erat, insidente galeae corvo et unguibus rostroque hostem infestante occidit et ex eo Corvini nomen accepit, consulque proximo anno, cum annos XXIII haberet, ob virtutem creatus est. amicitia cum Carthaginiensibus iuncta est. Campani cum a Samnitibus bello urgerentur, auxilio adversus eos a senatu petito, cum id non impetrarent, urbem et agros populo Romano dediderunt. ob quam causam ea, quae populi Romani facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit. cum ab A. Cornelio consule exercitus in locum iniquum deductus in magno discrimine esset, P. Decii Muris tribuni militum opera servatus est, qui occupato colle super id iugum, in quo Samnites consederant, occasionem consuli in aequiorem locum evadendi dedit; ipse ab hostibus circumsessus erupit. cum milites Romani, qui Capuae in praesidio relicti erant, de occupanda urbe conspirassent, et detecto consilio metu supplici a populo Romano defecissent. per M. Valerium Corvum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocaverat, patriae restituti sunt. res praeterea contra Hernicos et Gallos et Tiburtes et Privernates et Tarquinienses et Samnites et Vulscos prospere gestas continet.

EX LIB. VIII.

Latini cum Campanis defecere, et missis legatis ad senatum condicionem tulerunt, ut, si paeem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent; qua legatione perlata praetor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est, ut exanimaretur. T. Manlius consul filium, quod contra edictum eius adversus Latinos pugnaverat, quamvis prospere pugnasset, securi percussit. laborantibus in acie Romanis P. Decius, tunc consul cum Manlio, devovit se pro exercitu et, concitato equo cum in medios hostes se intulisset, interfectus morte sua Romanis victoriam restituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverso nemo ex iuventute obviam processit. Minucia virgo Vestalis incesti damnata est. Ausonibus victis in oppidum ex eis captum Cales colonia deducta est; item Fregellae colonia deducta est. veneficium conplurium matronarum deprehensum est, ex quibus plurimae statim epotis medicaminibus perierunt. lex de veneficio tunc primum constituta est. Privernatibus, cum rebellassent, victis civitas data est. Neapolitani bello et obsidione victi in deditionem venerunt. Q. Publilio, qui eos obsederat, primo et imperium prolatum est et pro consule triumphus decretus. plebs nexu liberata est propter L. Papiri creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori suo stuprum inferre voluerat. cum L. Papirius Cursor dictator reversus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius magister equitum, occasione bene gerendae rei invitatus, contra edictum eius prospere adversus Samnites pugnavit. ob eam causam cum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus videretur, Fabius Romam profugit et, cum parum causa proficeret, populi precibus donatus est. res praeterea contra Samnites prospere gestas continet.

Digitized by Google

EX LIB. IX.

T. Veturius Sp. Postumius consules apud Furcas Caudinas deducto in locum artum exercitu, cum spes nulla esset evadendi, foedere cum Samnitibus facto et sescentis equitibus Romanis obsidibus datis ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub iugum mitterentur: idemque auctore Sp. Postumio consule, qui in senatu suaserat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis et omnibus, qui foedus spoponderant, dediti Samnitibus non sunt recepti. nec multo post fusis a Papirio Cursore Samnitibus et sub iugum missis receptisque sescentis equitibus Romanis, qui obsides dati erant, pudor flagitii prioris abolitus est. tribus duae adiectae sunt, Oufentina et Falerna. Suessam et Pontias coloniae deductae sunt. Appius Claudius censor aquam Claudiam perduxit; viam stravit, quae Appia vocata est; libertinorum filios in senatum legit; ideoque, quoniam is ordo indignis inquinatus videbatur, sequentis anni consules in senatu observaverunt, quemadmodum ante proximos censores fuerat. res praeterea contra Apulos *et* Etruscos et Umbros et Marsos et Paelignos et Aequos et Samnites, quibus foedus restitutum est, prospere gestas continet. Cn. Flavius scriba, libertino patre natus, aedilis curulis fuit, per forensem factionem creatus, quae cum comitia et campum turbaret et in his propter nimias vires dominaretur, a Q. Fabio censore in quattuor tribus redacta est, quas urbanas appellavit; eaque res Fabio Maximo nomen dedit. in hoc libro mentionem habet Alexandri, qui temporibus his fuit, et aestimatis populi Romani viribus, quae tunc erant, colligit, si Alexander in Italiam traiecisset, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore, quam de his gentibus, quas ad orientem imperio suo subiecerat.

EX LIB. X.

Coloniae deductae sunt Sora et Alba et Carseoli. Marsi in deditionem accepti sunt. collegium augurum ampliatum est, ut essent novem, cum antea quaterni fuissent. lex de provocatione ad populum a Murena consule tertio tunc lata est. duae tribus adiectae sunt, Aniensis et Teretina. Samnitibus bellum indictum est et adversos eos saepe prospere pugnatum est. cum adversus Etruscos Umbros Samnites Gallos P. Decio et Q. Fabio ducibus pugnaretur et Romanus exercitus in maximo discrimine esset, P. Decius, secutus exemplum patris, devovit se pro exercitu, et morte sua victoriam eius pugnae populo Romano dedit. Papirius Cursor Samnitium exercitum, qui iure iurando obstrictus, quo maiore contantia virtutis pugnaret, in aciem descenderat, fudit. census actus est, lustrum conditum: censa sunt civium capita $\overline{\text{CCLXXII}}$ et CCCXX.

Digitized by Google

EX LIB. XI.

Cum Fabius Gurges consul male adversus Samnites pugnasset et senatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc fili ignominiam eo maxime senatum movit, quod iturum se filio legatum pollicitus est, idque praestitit. eius consiliis et opera filius consul adiutus caesis Samnitibus triumphavit; C. Pontium imperatorem Samnitium ductum in triumpho securi percussit. cum pestilentia civitas laboraret, missi legati, ut Aesculapi signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportaverunt; eoque in insulam Tiberis egresso eodem loco aedes Aesculapio constituta est. L. Postumius consularis, quoniam, cum exercitui praeesset, opera militum in agro suo usus erat, damnatus est. pacem petentibus *Samnitibus* foedus quarto renovatum est. Curius Dentatus consul Samnitibus caesis et Sabinis, qui rebellaverant, victis et in deditionem acceptis bis in eodem magistratu triumphavit. coloniae deductae sunt Castrum Sena Hadria. triumviri capitales tunc primum creati sunt. censu acto lustrum conditum est: censa sunt civium capita CCLXXII. plebs propter aes alienum post graves et longas seditiones ad ultimum secessit in Ianiculum, unde a Q. Hortensio dictatore deducta est; isque in ipso magistratu decessit. res praeterea contra Vulsinienses gestas continet, item adversus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

EX LIB. XII.

Cum legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto L. Caecilius praetor ab eis cum legionibus caesus est. cum a Tarentinis classis Romana direpta esset, duumviro, qui praeerat classi, occiso, legati ad eos a senatu, ut de his iniuriis quererentur, missi pulsati sunt. ob id bellum eis indictum est. Samnites defecerunt. adversus eos et Lucanos et Brittios et Etruscos aliquot proeliis a conpluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus, Epirotarum rex, ut auxilium Tarentinis ferret, in Italiam venit. cum in praesidium Reginorum legio Campana cum praefecto Decio Vibellio missa esset, occisis Reginis Regium occupavit.

EX LIB. XIII.

Valerius Laevinus consul parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit, elephantorum maxime inusitata facie territis militibus. post id proelium cum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem invenit. populabundus usque ad urbem Romanam processit. C. Fabricius missus ad eum a senatu, ut de redimendis captivis ageret, frustra, ut patriam desereret, a rege temptatus est. captivi sine pretio

Digitized by Google

remissi sunt. Cineas legatus a Pyrrho ad senatum missus petiit, ut componendae pacis causa rex in urbem reciperetur. de qua re cum ad frequentiorem senatum referri placuisset, Appius Claudius, qui propter valetudinem oculorum iam diu consiliis publicis se abstinuerat, venit in curiam et sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit: censa sunt civium capita CCLXXXVII CCXXII. iterum adversus Pyrrhum dubio eventu pugnatum est. cum Carthaginiensibus quarto foedus renovatum est. cum C. Fabricio consuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur venenum se regi daturum, cum indicio ad regem remissus est. res praeterea contra Lucanos et Bruttios, Samnites et Etruscos prospere gestas continet.

EX LIB. XIV.

Pyrrhus in Siciliam traiecit. cum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolio Iovis signum, caput eius per haruspices inventum est. Curius Dentatus cum dilectum haberet, eius, qui citatus non responderat, bona primus vendidit; item Pyrrhum ex Sicilia in Italiam reversum vicit et Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is X argenti pondo facti haberet. lustro a censoribus condito censa sunt capita civium CCLXXI CCXXXIIII. cum Ptolemaeo Aegypti rege societas iuncta est. Sextilia virgo Vestalis damnata incesti viva defossa est. coloniae deductae sunt Posidonia et Cosa. Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit, quo facto ab his foedus violatum est. res praeterea contra Lucanos et Bruttios et Samnites feliciter gestas et Pyrrhi regis mortem continet.

EX LIB. XV.

Victis Tarentinis pax et libertas data est. legio Campana. quae Regium occupaverat, obsessa deditione facta securi percussa est. cum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam iuvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data est. coloniae deductae Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. tunc primum populus Romanus argento uti coepit. Umbri et Sallentini victi in deditionem accepti sunt. quaestorum numerus ampliatus est, ut essent *octo*.

EX LIB. XVI.

Origo Carthaginiensium et primordia urbis eorum referuntur. contra quos et Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum senatus censuit, cum de ea re inter suadentes, ut id fieret, dissuadentesque contentio fuisset; transgressisque tunc primum mare exercitibus Romanis adversus Hieronem saepius bene pugnatum. petenti pax data est. lustrum a censoribus conditum: censa sunt civium capita CCCLXXXII CCXXXIIII. Decimus Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris primus edidit. colonia Aesernia deducta est. res praeterea contra Poenos et Vulsinios prospere gestas continet.

Digitized by Google

EX LIB. XVII.

Cn. Cornelius consul a classe Punica circumventus et per fraudem, velut in conloquium evocatus, captus est. C. Duillius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit triumphum, ob quam causam ei perpetuus quoque honos habitus est, ut revertenti a cena tibicine canente funale praeferretur. L. Cornelius consul in Sardinia et Corsica contra Sardos et Corsos et Hannonem Poenorum ducem feliciter pugnavit. Atilius Calatinus consul cum in locum a Poenis circumsessum temere exercitum duxisset, M. Calpurni tribuni militum virtute et opera evasit, qui cum CCC militibus eruptione facta hostes in se converterat. Hannibal dux Poenorum victa classe, cui praefuerat, a militibus suis in crucem sublatus est. Atilius Regulus consul victis navali proelio Poenis in Africam traiecit.

EX LIB. XVIII.

Atilius Regulus in Africa serpentem portentosae magnitudinis cum magna clade militum occidit, et cum aliquot proeliis bene adversus Carthaginienses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per litteras ad senatum missas questus est, in quibus inter causas petendi successoris *erat*, quod agellus eius a mercennariis desertus esset. quaerente deinde fortuna, ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, arcessito a Carthaginiensibus Xanthippo, Lacedaemoniorum duce, victus proelio et captus est. res deinde a ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas deformaverunt naufragia classium. Tib. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus est. M. Sempronius Sophus *M'*. Valerius Maximus censores cum senatum legerent, XVI senatu moverunt; lustrum condiderunt, quo censa sunt civium capita CCXCVII DCCXCVII. Regulus missus a Carthaginiensibus ad senatum, ut de pace et, si eam non posset impetrare, de commutandis captivis ageret, sed iure iurando adstrictus rediturum se Carthaginem, si commutari captivos non placuisset, utrumque negandi auctor senatui fuit et, cum fide custodita reversus esset, supplicio a Carthaginiensibus de eo sumpto perit.

EX LIB. XVIIII.

Caecilius Metellus rebus adversus Poenos prospere gestis speciosum egit triumphum XIII ducibus hostium et CXX elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher consul, contra auspicia profectus, iussit mergi pullos, qui cibari nolebant. infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit, et revocatus a senatu iussusque dictatorem dicere Claudium Gliciam dixit, sortis ultimae hominem; qui coactus abdicare se magistratu postea ludos praetextatus spectavit. A. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. commutatio captivorum cum Poenis facta est. coloniae

Digitized by Google

deductae sunt Fregenae *et* in agro Sallentino Brundisium. lustrum a censoribus conditum est: censa sunt civium capita CCXLI CCXII. Claudia, soror P. Claudi, qui contemptis auspiciis male pugnaverat, a ludis revertens cum turba premeretur, dixit „utinam frater meus viveret iterum*que* classem duceret.“ ob eam causam multa ei dicta est. duo praetores tunc primum creati sunt. Caecilius Metellus pontifex maximus A. Postumium consulem, quoniam idem et flamen Martialis erat, cum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in urbe tenuit nec passus est a sacris recedere. rebus adversus Poenos a pluribus ducibus prospere gestis summam victoriae C. Lutatius consul victa ad Aegates insulas classe Poenorum imposuit. petentibus Carthaginiensibus pax data est. cum templum Vestae arderet, Caecilius Metellus pontifex maximus ex incendio sacra rapuit. duae tribus adiectae sunt, Velina et Quirina.

EX LIB. XX.

Falisci cum rebellassent, sexto die perdomiti in deditionem venerunt. Spoletium colonia deducta est. adversus Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi et Corsi cum rebellassent, subacti sunt. Tuccia virgo Vestalis incesti damnata est. bellum Illyriis propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum indictum est, subactique in deditionem venerunt. praetorum numerus ampliatus est, ut essent IIII. Galli Transalpini, qui in Italiam inruperant, caesi sunt. eo bello populum Romanum sui Latinique nominis CCC armatorum habuisse dicit. exercitibus Romanis tunc primum trans Padum ductis Galli Insubres aliquot proeliis fusi in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus consul occiso Gallorum Insubrium duce Virdomaro opima spolia retulit. Histri subacti sunt. item Illyrii, cum rebellassent, domiti in deditionem venerunt. lustrum a censoribus *bis* conditum est: primo lustro censa sunt civium capita CCLXX CCXIII**. libertini in quattuor tribus redacti sunt, cum antea dispersi per omnes fuissent, Esquilinam Palatinam Suburanam Collinam. *C. Flaminius censor viam Flaminiam* muniit et circum Flaminium exstruxit. coloniae deductae sunt in agro *a* Gallis capto Placentia et Cremona.

Digitized by Google

VERZEICHNISS DER STELLEN,
AN DENEN CONJECTUREN AUFGENOMMEN SIND.

VI. 1, 6. [*legatus*] Cobet; legatus. 1, 8. [*iterum*] *is* Baumgarten-Crusius; iterum is. 4, 7. *Ser. Sulpicius* Mog.; servilius sulpicius. 5, 5. *moverunt* Madvig; *moveunt*. 5, 7. *C. Cornelium, C. Sergium* Sig.; cn. sergium. ib. *L. Menenium* Sig.; licinium menenium. 6, 8. *honoratorum* A.; honoratum. 8, 7. *fugam impediebat edd. vv.*; fuga impediebatur. 9, 9. *non tam a* Heerwagen; montana oder: non tanta. 10, 1. [*in*] *eo* Gr.; in eo. 11, 1. *Cursore iterum C. Sergio iterum* Glar.; cursore II. 11, 8. *fidem moliri* Sig.; idem moliri. 13, 4. *instare* Fr. 1.; stare. 14, 2. *intuenti* Gr.; intuenda. 18, 1. *Servius Cornelius* Sig.; sergius cornelius. 18, 12. [*et*] *iam* Gr.; etiam. 19, 5. *Q. Publilius* Sig.; q. publius. 20, 8. [*produxit.*] Rhen.: produxit. *nominatim*. Madvig; nominatum. 21, 8. *in senatu* Fr. 1.; in senatum. 22, 1. *Papirii* Fr. 1.; papirius. 23, 6. *instruendis* Gr.; instruentem. 24, 7. [*quod*] *tot* Duker; quod tot. 25, 7 *itineri* ed. Mediol. 1505; itineris. 27, 2. *Lucio Menenio* Sig.; licinio menenio. 27, 7. *fine* Ald.; finem. 27, 10. *in praesens* Stroth; praesens. ib. *Gabino* IGr.; sabino. 30, 8. *a Volscis fuit* Fr. 2.; a uulscis fuisset. 30, 9. *Setiam* Sig.; etiam. 31, 4. *debellatum* W.; bellatum. 33, 11. *excipit* W.; Madvig; excipitur. 36, 12. *plebem, potius quam sorte* Gr.; plebem, ni potius quam sortem. 37, 3 *suam ipsa* edd. vv.; suam ipsam. 37, 6. *quid crederent* Douiatius; qui crederent. 37, 8 *post* Ascens.; potest post. 40, 11. *Sextium illum* W.; sextilium od. sextium. 40, 14 *spectabilis* Asc.; exspectabitis. 41, 4. *at enim* Madvig; etenim. 42, 8. *fuga* Gr., fugace od. fugase. 42, 11. *tandem* APeriz.; tamen. 42, 12. [*causa libenter facturos*] *fore* Madvig; causa libenter facturos fore. 42, 13 facturos Rost.; acturos.

VII. 1, 8. *quamvis—tamen* W.; Madvig; quamvi—tam. 3, 8. *ea lege* Gr.; ex lege. 6, 4. *ad deos* edd. vv.; deos. 6, 9. *praecipitaret, et* Duker; praecipitaret. ib. *intercepissent* Madvig; interfecissent. 8, 6. *ab Signinis* Crevier u. Reiz; ab signis. 9, 7. *eum rumpentibus* Fr. 1.; erumpentibus. 12, 5. *anno* T. Faber; bello. 13, 8. *si sicut* Madvig, W.; sicut. 16, 1. *scivit.* [*accepit*] W.; scivit accepit. 17, 6. *Rutilus* edd. vv.; utilius od. rutilius. 18, 1. *post undecimum* Glar.; post novum (novium). 18, 2. *Empulum* Fr. 2.; caepulum. 21, 5. *una animos* Jenicke; unanimos. 22, 3. *Gaium nomen* Sig.; gaium cognomen od. nur cognomen. 22, 9. *reciperaturi* W.; reciperantur. 22, 10. *Manlio Gnaeo* Sig.; Manlio nevio. 23, 6. demitti Sig.; dimitti 24, 6. *expectare* Fr. 1.; spectare. 25, 2. *mercedem* [*consulatum*] Doering; mercedem consulatum. 25, 4. *decertarint* Vascosan.; decertarent. 27, 3. *Torquato* Sig.; torquato II. 29, 1. *temporum* [*spatio*] Gr.; temporum spatio. 30, 11. *fidem* W.; eam. ib. *ante omnes* Büttner, W.; omnes. 30, 18. *quidquid* [*id*] edd. vv.; quidquid id. 30, 22. *iubetis* Madvig; iubeatis. 32, 12. [*modo*] *nec* Glar.; modo nec. 34, 13. *diduci* W.; educi. 35, 6. *ipse* Fr. 1.; ipsi. 37, 2. [*singulis*] *bubus* W.; singulis bubus. 37, 6. *et castrorum* W.; castrorum. 39, 6. *exsectos* Cl. Puteanus;

Digitized by Google

ejectos. 40, 1. *est et* Duker; est, 40, 3. *is ad* Madvig, W.; 40, 4 ib. *minore* IPerizon.; minor. 40, 9. *ero* Madvig; ergo. 41, 3. *Petelino* Fr. 1.; Petelini. 41, 6. *esset* [*qui*] Gr.; esset qui. ib. *fugisset* Gr.; fugissent.

VIII. 2, 10. *suam* W.; quam. ib. *eripuisse*, Duker; eripuissent. 4, 3. *si aequatio* W.; aequatio. 5, 8. *ipse atque* Alschefski; atque ipse. 7, 19. *ne te quidem* Gr., nec te quidem. 7, 21. *tam libero* Crev.; tum libero. 8, 4. [*ordo—habebat*] *prima* W.; ordo—habebat prima. 8, 7. *primam quamque* Gr.; unam quamque. ib. [*primum*] *pilum* Göttling; primum pilum. 8, 8. [*vexillum*] *centum* Lipsius; vexillum centum. 9, 8. *re publica P. R.* Gr.; re publica. 9, 10. *humano habitu* Freudenberg, humano. 11, 3. *Lanuvio* AWZumpt; Lavinio. 12, 13. *cuius tum* edd. vv.; tum cuius. 13, 5. *ad Asturae* Sabellicus; ad saturae. 15, 2. *a T.* edd. vv.; t. 15, 9. *Publilius* Glar.; publius, ebenso c. 16, 12; 17, 11 u. a. 21, 6. *mitior* Duker; melior. 22, 2. *Sidicinorum* Sig.; s . . . norum od. segninorum. 23, 1. *miserat * Romae* W.; miserat Romae. 23, 10. *respondissent * iam* Madvig, W; respondissent iam. 23, 15. *oriens* ARubenius; oriente. 24, 4. *ceterum ut.* edd. vv.; ut ceterum. ib. *Potentiam ex* W.; ex od. consentiam ex. ib. *Sipontumque Apulorum et Consentiam* W.; sipontumque. ib. *ac Terinam* Sig.; acrentinam. 24, 7. *inundatis* Madvig; inundates. 24, 13. *quos ubi* Ascens.; quod ubi. 25, 5 [*patiebantur*] *et* Gr.; patiebantur et. 25, 6. *ipsi* Gr.; ipsis. ib. *iam in libris* Gr., Mg.; iam libris. 28, 3 [*ut*] *florem* W.; Madvig; ut florem. 29, 3. *non nova* Duker; nova 32, 8. *responde, at* Alschefski; respondeas. 32, 9. *quae singula* edd. vv.; singula quae. 32, 11. *iam* [*in contionem*] Scheibe; iam in contionem. 33, 3. *contentione* edd. vv.; conventione. 33, 9. *cum escendisset* Fr. 1.; escendisset. 33, 13. *interesse* Gr.; interesset. 33, 17. *nullo ad eam* edd. vv.; nullam (nullum) ad eam. 35, 8. *degressum* Gr.; digressum. 36, 4. *ita loco* Madvig; loco 36, 5. *comitate* Gr.; comitati. 37, 3. *Aulium* Gelenius; aulum.

IX. 2, 4. *iam is* [*et*] W.; iam is et od. iam et is. 2, 9. *demisso* Fr. 2.; dimisso. 3, 1. [*alius*] *per* Muret; alius per. 3, 10. *res esset* Ald.; res. 4, 6. *oppetendam* edd. vv.; oppetendum. 4, 7. *qui* [*tum*] Drak.; qui tum. 5, 9. *ad parentes* Gr.; ac parentes. 5, 13. *id inter* Drak.; inter. 6, 12. *iacere* Gruter; tacere. ib. *salutantibus non* W.; non salutantibus. 7, 3. *animi* edd. vv., Gr.; animo. 7, 13. *Aelium* Glar.; aemilium. 7, 15; 8, 1. *Publilium; Publilius* Glar.; publium; publius. 10, 7. *adducis* Fr. 1.; adduces. 11, 5. *tum sponsio* Alschefski; tunc sponsio. 11, 9. *hos tibi* Gr.; hosti tibi. 11, 10. *obligatam* edd. vv.; oblactam. 16, 3: *Satrici* Fr. 2; satricae. 16, 8. *clam* [*nocte*] W.; clam nocte. 18, 12. *annalibus fastisque magistratuum* Th. Mommsen; annalibus magistratuum fastisque. 19, 4. [*Samnites*] *aut* Dobree; Samnites aut. 19, 15. *laborabimus* Heerwagen; laboravimus. 20, 9. *Forento* Gr.; florento od. torento. 21, 3. *Saticulani* Sig.; satriculani ebenso § 6. *Saticulae* st. satriculae. 21, 6. *Plisticam* Alschefski; plistiam. 22, 3. *tantum* Gr.; tanti. 22, 9. *di dederunt* Walch; dederunt. 23, 3. *et sparsi* Fr. 2; sparsi. 23, 10. *homines* Fr. 1.; omnes. 23, 13. *incendent* Becker; incendant. 24, 10. *incidens* Fr. 2.; incedens. 27, 4. *demittunt* Fr. 2.; dimittunt. ib. *conspectum* Gr.; conspectu. 27, 7. *pedite* Gr.; pediti. 28, 8. *Succasinam* Th. Mommsen; casinam od. casinum. 30, 8. *epularum* [*causa*] IGr.; epularum causa. 31, 6. *populandi* Crev; populando. 33, 3. *cui velut fato lis* CEPutsche, Seyffert, Wölfflin; quae velut fatalis (fatales). 34, 9. *mali* IGr.; male od. mala. 34, 14. *quod quaerebat* edd. vv.; quo quaerebat. 34, 25. [*non*] *patiar* Ald.; non patiar. 36, 2. *frater M. Fabius. — Caesonem* W.; fratrem m. fabium cae-

Digitized by Google

sonem (frater m. fabius caesonus). 37, 12. *Cortona* Mog.; crotone. 38, 15. *C. Iunium* Fr. 1.; iunium od. diunium. 39, 4. *habuere * nam* Scheibe; Hertz; habuere nam. 39, 11. *eodem* Doering; eo. 40, 16. *argentariarum* Muret.; argentariorum. 41, 3. *is profectus* Sig.; profectus. 42, 3. *abdicarit* Ruperti; abdicavit. 43, 5. *vetusta gentis gloria* Gr.; vetustate gentis gloria (glorie). 43, 6. *semestri* Th. Mommsen; bimestri. 44, 2. *Ti. Minucius* Sig.; t. minucius. 44, 14. *Bovianum urbs* Crev.; bovianum ubi. 45, 1. *Saverrione* Sig.; averrione. 45, 12. *verteret, est* W.; vertisset. 45, 18. *Frentani* Sig.; feretani.

X. 1, 5. *ex* [*eo*] Madvig; ex eo. 1, 7. *M. Aemilio* Sig.; aemilio. 2, 5. *esse ostium* W.; esse ostium. 5, 13. *Cilnio* Gruter; licinio. 5, 14. *tradidere* Duker; credidere. 7, 7. *sint* Duker; sunt * 7, 10. *is non* W.; Madvig; is. ib. *conspicietur* Madvig; conspiciatur. 9, 2. *Rutilus* Sig.; rutilius. ib. *Publilius* Glar.; publius. 9, 12. *Cn. Domitium* Pigh.; cl. domitium. 9, 14. *Terentina* Th. Mommsen; Terentina. 14, 9. *aperta quoque* Fr. 2.; quoque aperta. 14, 13. *quando * ne* W.; Madvig; quando ne. 14, 18. *in tempore visa* W.; tempore in se visa od. tempore improvisa. 14, 20. *maxime* Fr. 1.; maximeque. 14, 21. *DCCC* Drk. accce. 15, 6. *ferme DCCCC* Alsch.; ferme accce. 15, 8. *incubuit ut* edd. vv.; incubuit. 18, 7. *id certum ponere* Büttner; incertum ponere. ib. *disceptatio* edd. vv.; discepatio. 19, 16. *sorte* Duker; forte. 19, 18. *ducis. et duces* W.; ducis. 19, 22. DCCCC Alsch.; accce. 20, 1. *Vescinos* u. 21, 7 u. 8 *Vescinum, Vescino* Sig.; vestinos etc. 22, 1. *Q. Fabius* edd. vv.; Fabius quintū (quintus). 22, 6. *viverent * esse* W.; viverent esse. 24, 5. *consevisset* Glar.; conseruisset. 24, 14. *cum dimicatio* edd. vv.; tum dimicatio od. dimicatio. 24, 17. *certe id et* Fr. 1.; certe et id. 24, 18. *comitio abiit* edd. vv.; comitia habuit. 25, 10. *mobiliorem* Klock; nobiliorem. 26, 3. *mallet* W.; mallit. 26, 14. *Romano* Duker; romani. 26, 15. *Megellus* Sig.; megillus. 27, 1. *transgressos* Gr.; transgresso. 29, 7. *raris* W. (*rarisque* Hertz); verarisq. rutis od. verrutis. 29, 18. *DCC* Drk.; acc. 30, 5. *deciens centena milia* (*XCCCIↃↃↃ*) Niebuhr; XICCCXXX od. X. CCCXXX. 31, 2. *Vescinum* Sig.; vestinum. ib. *Aeserninum* Gr.; aeserniū od. aeseruniū. ib. *adiacent* Gr.; adiacet. 32, 4. *egredi* Fr. 1.; regredi. 33, 5. *et expellunt* W.; expellunt. 33, 6. *DCC* Drk.; acc.; ebenso 36, 14 u. 15.; c. 43, 8 *DCCC*. 35, 14. *facerent* [*que*] Duker; facerentque. 36, 1. *medium* lGr.; medio. 36, 7. effuse W.; profuse. 37, 1. *in Etruriam* edd. vv.; etruriam. 37, 16. *re publica* Gr.; res publica. 38, 3. *sacraretur; tum* W.; sacratum erat tum. 38, 12. *nominati sunt* Alschefski; nominatis. 38, 13. [*quod roboris erat*] *ad* W.; quod rob. erat ad. 39, 6. *quod cum * inciperetur* W.; Madvig; quod cum inciperetur. 40, 7. *T. Trebonium* W.; trebonium. 40, 8. *III cohortibus* Hertz; cohortibus. 40, 12. *hostibus* Glar.; hostium. 42, 4. *proxima, ea* lGr.; proxima ex. 43, 11. *flamma late fusa* edd. vv.; flamme late fusae. 46, 5. *et DXXXIII* Alsch.; et AXXXIII. 46, 6. *militi munus* W.; militi tum. 46, 9. *Vescinum* Sig.; vestinum. 46, 16. *in legatione* APerizonius; in legationem.

Verlag der Weidmannschen Buchhandlung (J. Reimer) in Berlin.

Druck von W. Pormetter in Berlin, Neue Grünstrasse 30.

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 06549 5510

DO NOT REMOVE
OR
MUTILATE CARDS

Digitized by Google